



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. An, futura absolutè sui in Dei æternitate præsentia egeant vt à Deo
cognoscantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

cepisti? Sed quoniam ex illo errore de iure naturali arbitrii, eiusque propriis viribus totum opus eius tribuendum erronee etiam erat: quare, & sese in actu etiam secundo eius viribus, vel omnino, vel inchoatue discernere beatos à damnandis allebant; Patres, & gratie auxiliantis Dei per eiusmodi vocationis, & auxiliij diuini beneuolam donationem (in qua, ut ipsi aiunt, non solum potestas consensus, sed ipse consensus in radice oportuna vocationis, & moraliter, seu in morali æstimatione à Deo donatur prædeterminato præ reprobo: quia ex scientia boni eius vius conditionati donatur) discerni etiam à Deo in actu secundo prædeterminato à reprobo consequenter alleuerunt: ita vero, ut suas etiam arbitrii potestati, & libertati partes in consensum relinquerent, ut vidimus, & questionibus sequentibus altam ex scriptura, Patribus, Conciliis, Philosophis, & omnium ætatum, nationum, Academicarum, professionum fere omnibus Theologis communi ostendimus.

10. Illud tamen hic non omittam. Mirum esse hoc Pauli (adhuc iuxta Augustini, & Patrum accommodatum sensum, & interpretationem) Dominicanos hocce vi contra consensum liberum independenter à suo actuali decreto futuri conditionate. Tum: quia prædeterminatio qua prædeterminatus à non prædeterminato discernitur, in eo decreto obiectiue conditionato, non ita; sed omnino, etiam ex parte obiecti absolute voluntate, ut concors Patrum, & Scholasticorum sententia fert: atque, cum non existentium, sed pure possibilem hominum sint, cognoscanturque à Deo consensus plures, & salus futura sub conditione quod existerent, & tali auxilio vocarentur, vel tali: atque hæc absque actuali, & absolute ex parte actus decreto sub ea conditione esse, per hocce, nequeant, de pure possibilem asserenda esse prædeterminatio. Tum etiam: quia, cum existerent omnes, etiam reprobi, ac non prædeterminati, sub aliquorum auxiliorum conditione bonum consensum, & salutem conditionate asserunt futuri sint, in decreto salutis, & consensus sui conditionate futuri æquales non prædeterminati prædeterminatis erunt: quare hi misericordie Dei electione, nullatenus à non prædeterminatis per illud decretum à Deo discreui essent (ut ea interrogatione, *quis enim te discernit?* Patres supponunt) etiam Dominicanorum istorum sententia. Tum insuper: quia illud, *quid autem habes, quod non accepisti?* de existentibus solum, de quibus solum accepisse verificari potest, dictum est: cum possibilem etiam ad suos conditionatos consensus, & salutem æque, atque de existentibus, iuxta aduersariorum doctrinam, illud decretum contingat. Tum denique, quia illud, *quid gloriaris, quasi non acceperis?* acceptionem absolutam vocationis, & in ea, ut diximus, consensus acceptionem dicit: de quo solum prædeterminati præ non prædeterminato posse esse prælatiua adrogans gloriatio; non de consensu conditionato, in quo, ut dixi, & ipse, & non prædeterminatus sunt æquales: quare nemo Patrum eo loco (adhuc accommodatiua sua interpretatione) nisi ad discretionem prædeterminati à reprobo absolute, per absolutam eius prædeterminationem vsus vnquam fuit. Itaque omnes, & singula eius loci particule sui vsu ad decreta ista absolute ex parte actus de futuris nostris conditionatis adstruenda arcent, & prohibent; quin satis id fuerit, ut tot annis, & disputationibus Thomistæ recentiores eius ad ea adstruenda abusi abstineant: idcirco prolixius, quam ad nostram doctrinam tuendam, opus esset, eum locum expendimus: si forte adeo aperti eius loci, & verborum singularum eius, interpretationibus, & ponderationibus assequi possimus, ne deinceps adeo extra rem continuis disputationibus testimonio isto pro decretis absolute subiectiue, atque obiectiue conditionatis, ut solent, inclaimant, *quis enim te discernit?* ac doctorum aures obrundant.

11. Denique opponit Ioann. à S. Thom. vel posita futuritione conditionata consensus, eiusque scientia independenter à decreto potest Deus velle, quod non sit consensus, vel non potest: Si potest ea futuritio conditionata deitri poterit, & scientia falsificari: quare quousque Deus velit, quod ea conditionata futuritio sit, fixa, itaque illa, cuiusque scientia non erant: si non potest, conditionata illa futuritione è nostri arbitrii libertate potentia, dominium, & libertas Dei in nostros actus ablutu dilimit tollitur. Respondetur: non posse Deum velle actu,

quod supposita illa futuritio non sit. Negatur tamen deitri è nostra libertate dominium potestatem, & libertatem Dei in nostros actus: etenim ad vsu libertatis nostræ in consensu supponitur exercita libertas, dominium, & potestas Dei in nostrum consensum proportionate ad consensum nostri statum: absolute nimirum exercita ad consensum absolutum, & in hypothesi ad consensum conditionatum. Supponitur autem exercitium libertatis diuine ad rem præteritam in hypothesi cum vocatione, si vocauero, & decreto concurrere indifferenter, ad alterutrum cum voluntate Petri (vel quatenus ad præsens attinet decreto alio quo malueris libertatem voluntatis nostræ constitutam) erit consensus. Cum hoc autem decreto in hypothesi posito pugnat aliud, nolo, ut sit seu volo, ut non sit consensus conditionatus à voluntate, si vocetur: illud enim in hypothesi cum vocatione positum voluntati permittit vsu, & sui, & vocationis ad consensum, & eius oppositum; hoc autem ad vnum extremum sub hypothesi vocationis determinat, ac proinde cum de obiecto contradictorio sunt, sibi etiam necessario contradicunt: atque ex suppositione primi, ut in hypothesi supponitur, aliud haberi à Deo nequit. Non quidem ex impedimento potentie, & libertatis diuine à nostræ voluntatis conditionato vsu, & consensu appositio; sed ab exercitio ipsius libertatis diuine in hypothesi supposito, & pugnantem cum decreto absolute ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti: esset enim potestas ad contingendum duplex voluntatis, & libertatis lux exercitium contradictorium: quæ non diuina, imò, nec vera, & realis, sed chimærica potestas est, & impossibilis, atque, atque vtriusque exercitii contradictorii coniunctio. Non fecus, atque in nobis chimærica potestas arbitrii nostri est ad ponendum amorem ex suppositione, quod illum omiserimus: sed insisteret interrogat Ioan. à S. Thom. Deus complectar, vel displiceat in futuritione conditionata posita independenter à suo actuali decreto: anve alterutro effectui ferri in illam queat? Ne suo tamen quid cause sue referat, etiam affirmatiue respondeamus: quandoquidem, neque complacentia neque displicentia obiecta sua in statu illo ponat; sed aliunde posita supponat, ut sæpe monuimus.



QVÆSTIO II.

An futura absolute sui in Dei æternitate presentia egeant, ut à Deo cognoscantur?



NONIAM alia hic videbatur quæstio agranda reddenda omissionis ratio, & quæstionis icopus monstrandus.

CERTAMEN I.

Quæstionis ratio, & difficultatis scopus.

1. Explosa necessitate decretorum absolutorum subiectiue, ut obiectiue conditionatorum ad conditionata futuritionis contingentium, diuinaque subinde de illa scientie consistentiam: quare, & eis decretis à medio materiali scientie huius ablegatis de omnino absolute prædeterminatiis decretis, siue Thomisticis præfinitionibus agendum statim recta methodus disputationis huius exigebar. Cum enim eas præfinitiones Thomistæ ad absolutam contingentium futuritionem necessarias protulissent, atque essentialiter prærequisitas esse defendant, abscque quibus futura contingentia absolute fore repugnerent, ut media materialia scientie de illis diuina illas esse faciantur.

teatur: sic secundo, ut ad futuritionem etiam contingenti-
 conditionatam constituendam necessaria essentialiter
 sint, ac proinde in hypothesi indispensabiliter appo-
 nenda non minus sint, quam vocatio, à qua essentialiter
 contingens consensus in omni sui statu dependet: hoc
 pacto. *Si vocauero Petrum, & eius consensum præfinitio-
 nis erit consensus.* Atque inde fit tertio, iuxta præfinitio-
 num harum doctrinam, illas in hypothesi positas esse
 media materialia cognitionis diuinæ, de conditionata
 contingentiæ futuritione: quare earum examen, non so-
 lum ad exactam disputationis huius (quæ de mediis mate-
 rialibus diuinæ Scientiæ erga omnia, & singula obiecta
 in quouis statu ipsorum agi) sed ad plenam etiam qua-
 stionis primæ de mediis materialibus scientiæ de condi-
 tionata contingentiæ futuritione pertinere siquidem ea
 omnia, sine quibus absolute positus absolute futura esse
 contingentiæ nequeunt, conditiones sunt, sine quibus
 suspense, & pro conditione positus conditionate futura ca-
 dem contingentiæ esse non possunt: ac proinde ea omnia
 contingens in statu conditionato, & (quod idem est) sub
 mensis & cognitionis diuinæ prospectum ponunt: quare
 utroque, & disputationis, & questionis primæ titulo de
 eorum absolutarum præfinitionum à iunioribus Thomis-
 tis inductarum examen huc videbatur spectare, ut si-
 mul, semelque utriusque satisficeret voci labore.

1. Tamen, quia res hæc decretum diuinum concurren-
 tium cum causis tangit quod, & difficile, & prolixum
 explorari, & explicari est, atque ad controuersiam de
 voluntate diuinæ, eiusque adibus attingit directius: &
 quia non præca solum Patrum cum ethnicis facti assertio-
 nibus, & veteribus hæreticis prædestinatoribus disputa-
 tio, sed nouior Concilio, & Doctorum Catholicorum
 cum recentioribus hæreticis VVicleffo, Luthero,
 Caluino eorumque asseclis & recentissimæ eorumdem cum
 Ianfenio Ypresii Episcopo & nouissimis hæreticis, ex il-
 lius doctrina Ianfensitis nominatis, & nostrorum Docto-
 rum, aliorumque plurimorum nobis aduenturum cum
 recentioribus Thomistis Dominicanis, & eorum asseclis
 adeo amplam controuersiam fecerunt, ut vna questione,
 disputatione, imò libro, & tomo integro vix possit pro
 dignitate examinari: ac insuper alius de Scientiæ Dei dif-
 ficultatibus propriis, nec alibi locum habentibus exami-
 natis, & postmodum examinandis, plus, fortasse iusto, con-
 trouersiam et cetera videremus disputationem de præfinitio-
 nibus Thomistis ad controuersiam tertiam integram,
 quæ præsentem hoc etiam tomo excipiet, ne quid pro
 exacta Scientiæ mediæ intelligentiæ ultra desideretur re-
 minisimus: atque ad celebrem aliam cum Thomistis etiam
 questionem de præsentia necessaria futurorum in æterni-
 tate, ut cognosci à Deo possint, fecimus gradum.

2. Ut autem in questione hæc discutenda omnes
 æquiuocationis, & paralogismi libræ prædicantur, id, in
 quo nulla nostris, atque cæteris aliis cum Thomistis hæc
 controuersia fuit, esse potest, statuendum in primis erit.
 Nempe creata omnia, siue futura, siue præterita, siue
 præsentia pro quouis temporis nostri differentia existentia,
 ita æternitati Dei coexistere, ut illi toti secundum
 suam entitatem, & intrinsecum sumptæ coexistant, non
 autem eius parti coexistant: parti verò ipsius non coexi-
 stant: ac proinde toti Dei æternitati, secundum intrinse-
 cum sumptæ, sunt creata omnia eodem præsentia sensu,
 quo Dei æternitati coexistere dicuntur. Hoc quidem cer-
 tissimum, atque utriusque sententiæ euidens, & indubita-
 tum est. Siquidem Dei æternitas tota simul duratio est
 omnino indiuisibilis, nec vllis partibus constans: quare
 implicat in terminis aliquid aliud eius parti coexistere,
 præsentemque esse: parti verò ipsius non coexistere præ-
 sentem non esse, in hoc quippe supposito inuoluntur
 repugnans, atque æternitatis Dei entitatis, & essentiæ im-
 plicatorem negandum: ac subinde propositio ipsa, ut po-
 te de subiecto, seu termino non supponente. Ex eo porro
 æquiuocissimo principio æquiuocatio, & paralogismus natus,
 qui Cæteranum, & ipso iuniores Thomistas à communi
 cæterorum sententiæ, & sententiæ per autem distaxerunt:
 ex eo, quod toti Dei æternitati entitatis, & secundum
 intrinsecum sumptæ omnia, & singula creata coexistere
 videntur, eis omnibus extrinsecis Deo durationibus, siue
 realsibus siue imaginariis, quibus indiuisibilis Dei æternitas
 coexistit, qualque non exequat solum, sed de superfluo sui

circumdat, & exambit, coexistura illa inuoluntur: ac proin-
 de questio cum ipsis est: non quidem an creata quæuis pro
 quouis temporis differentia in se, & extra suas causas
 posita, vel ponenda, toti toti Dei æternitati intrinsecè
 sumptæ coexistant: sed an ei ab æterno sensu aliquo verò
 coexistant, sintque proinde eius æternitati præsentia ex
 æternitate.

4. Cum autem nihil coexistere alicui possit, quia
 utrumque actu existat simul: siquidem coexistentia ali-
 quorum nihil aliud est quam eorum simultanea actualis
 existentia in seipsis, & extra causas, si creata sint, posi-
 torum: fit plane, ut quicquid Dei æternitati coexistit ali-
 quam habere actualem durationem debeat, quæ cum
 actuali Dei duratione, seu æternitate actu simul coniu-
 gatur. Vnde rursus fit, ut quicquid Deo, eiusque, non
 æternitati solum, sed ex æternitate actu simul coniu-
 gatur. Vnde rursus fit, ut quicquid Deo, eiusque, non
 existat proprio, & rigoroso coexistendi sensu, ita in omni
 duratione possibili, & imaginaria, quæ Dei duratione
 mensuratur, & redundanter cingitur, in se, ut extra cau-
 sas suas existat, ut nulla sit durationis creatæ illius possi-
 bilis, & imaginariæ pars, in qua actu, & extra causas suas
 in se non existat. Si enim coexistentia duorum essentiali-
 ter vtriusque in se existentiam actualem, & simultaneam
 dicit, & claudit: id, quod in se aliquando, & extra
 causas non fuit, ita neque ab æterno, neque ex æter-
 nitate Deo, eiusque æternitati coexistit, aut coexistit:
 quare neque ei est ab æterno, & ex æternitate præsens
 durationis præsentia, & coexistentia reali, nec solum in-
 tentionali, & à Dei cognitione extrinsecus desumpta:
 cuius duratio, sicut, & cæterorum dignorum, æternitas
 increata cum sit, & creata in tempore obiecta ab æter-
 no cognita denominat, ac subinde ex æternitate Deo in-
 tentionaliter præsentia, & coexistentia facit: quod de
 coexistentia, & simultanea præsentia reali cum Deo ab
 æterno, siue ex æternitate nullatenus proprio sensu dici
 potest, in quo realis vtriusque in se existentia, & præsen-
 tia simul requiritur, quæ creatis in se ab æterno siue ex
 æternitate non adest.

5. Atque hæc, ne à recentibus Thomistis Dominica-
 nis negari credo, ne apertos hæreticos illos credam; sed
 contendi solum ab eis sensu alio non ita proprio, cuius
 tamen verba, & propositio affirmans sua sit capax, futu-
 ra Dei æternitati, Deoque ab æterno, & ex æternitate
 realiter præsentia, & coexistentia esse, dicique posse: quare,
 & de voce, ac nomine solum, non de re (quod nisi hæ-
 retice nequeunt) nobiscum illos certare, ut bene Magi
 Albiz Augustinianus Primarius compluentis d. 6. sect. 4.
 sic fatuus. *Aut de solo nomine est controuersia, aut sen-
 tentiæ affirmans non solum est falsa, & improbabilis, sed
 etiam fidei principis aduersa.* Cum vero sensum sic Tho-
 mistæ præfati explicant apud Albiz eundem ibi num. 20.
 ut, quia æternitas Dei (cui primo, & propriissimo sensu
 creata quouis tempore futura pro sua solum duratione
 coexistunt, præsentiaque sunt, tota simul, & in se
 indiuisibiliter, & de præsentia in se, omni extrinsecæ du-
 rationi reali, & imaginariæ, siue præsentia, siue future
 coexistit, & denominationem extrinsecam durantis de præ-
 senti pro æternitate creatis, siue futuris, siue præteritis
 tribuat: ac subinde in quouis temporis differentia, tam
 de præteritis, quam de futuris nunc, & tunc ab æterno,
 & in æternum Deo, eiusque æternitati præsentia esse, &
 coexistere dici verò sensu valeant. Et tunc esse Thomis-
 tarum dictorum sensum præter ipsorum explicationem
 constat ex eorum fundamento, & argumento præcipuo,
 quod ex indiuisibilitate æternitatis diuinæ, cui semel pro
 sua quodque duratione, creata coexistere præsentiaque
 duratiue esse fatemur omnes, contra nos deducunt. Se-
 cundo ex frequenti, & vltima eis ad argumenta nostrorum
 solutione tentata per distinctionem illam de coexi-
 stentiæ, & præsentia creatorum Deo, eiusque æternitati
 in mensura aliena, non in propria.

6. Porro in sententiam hanc de futurorum præsentia,
 & coexistentia Deo, eiusque æternitati ab æterno, & ex
 æternitate alteruto (& ut credo secundo) sensu recentio-
 res Thomistæ ex alio latius ipsi familiaris principio in-
 ciderunt, quo putant: ea quæ actu non sunt, actu co-
 gnoscibilia non esse, ac proinde, cum futurorum cogni-
 tionem (quod ipsum de præteritis est) scripturis, ac fide
 expressam Deo negare non possent; ne ex illo suo princi-
 pio

RUTE GA
 J. pari
 Vta

pl. impugnare, actuale futurorum presentiam in æternitate per æternitatem, seu ab æternitate ex æternitate, & in æternitate ostendit profus, & absque ulla consequentia exigentia commentum sunt: cum ad illam futuram presentiam ipsi esset æternitati Dei indiffusibilis, cum qua sola, semperque, & pro omni æternitate duratione presentis & actuali Deus quæcumque obiecta cognoscit quamque sola iudicij diuini copula concernit (vt docebamur controuers. i. d. 4. quæst. 3. de Dei per Scientiam liberam immutabilitate agentes) pro aliqua duratione extrinseca, & aliquando coexistere presentiaque, tam futura, quam præterita creata obiecta esse, vt ipsi, neque præterita esse, neque futura, sed acti, & de presentia absolute æternitati Dei cognoscens forent, respectu cuius nihil transit, ac desinit, nihilque est proprie futurum, vt Patres (quorum verbis decepti Thomistæ contra eorum sensum tueri frequentes, & frequenter loquuntur.

7. Duo ergo hic cum Thomistis inuicibus disputanda: primum de futurorum presentia, & coexistentia Deo, cuiusque æternitati ab æterno & ex æternitate, ac per æternitatem alterutro ex præfatis sensu. Et si enim secundo eos sensu loquutos non dubitem: de primo etiam disputare nos oportet: ne aliquis eorum verbis deceptus in hæresim incidat, quasi tantorum Doctorum autoritate protectus. Id quod eo rationalibus timendum nobis est, quod videmus eos sensu à plerisque Thomistarum minus eorum impugnatoribus eorum sententiam intelligi, vt illorum impugnatores satis præferunt. Secundo disputandum cum Thomistis hic erit, an ea futurorum presentia, & coexistentia Deo, cuiusque æternitati ab æterno, & ex æternitate admittenda, presentia absolute Dei de ipsis necessaria esset, aut vitiosa. Id quod directius ad disputationis præfatis exactum & plenum examen videtur attingere.

CERTAMEN II.

Doctorem placita Sancti Thomæ, & aliorum ab affirmantis sententiæ impostura vindicatio.

1. Presentiam futurorum, & coexistentiam realem ipsorum cum Deo, cuiusque æternitate ex æternitate, & per æternitatem docuit determinate primus Caietanus i. p. quæst. 14. art. 13. *Ad has obiectiões*, vbi D. Thom. ope eam sibi veritatem, quasi per reuelationem, *illuxisse*, in eius articuli interpretatione testatur: quæ tamen citra reuelationem potuit illi innotescere ex Ricardo in i. d. 3. quæst. 3. & d. 39. art. 1. quæst. 1. vbi idem profusus, problematicè vero, defendit, ex Capreolo (centum circiter annis ipso antiquiore) in i. d. 36. quæst. 1. respon. ad 13. vbi eandem Diui Thomæ expositionem, & interpretationem adhibuit sub fin. nihilominus articuli. Id ex propria sententiâ asserere non ausus, inquit: *De his nihil omnino assero: sed videtur illa fuisse mens Diui Thomæ.* Porrit etiam eam S. Thom. interpretationem, & doctrinam absque eius reuelatione edificare ab Henrico in i. d. 36. quæst. 1. & ex Abulensi in 16. Math. Item ex Ferrata i. contra gent. cap. 66. & 68. qui tamen oppositum probabilius censent, sicuti Catherinus opuscul. de presentia, & prouid. Corduba quæst. 35. dub. 8. Edificare item potuit ex præfate Doctore Parisiensi (cuius meminit, non sine S. Tomacho, Agidius Romanus iam citandus) qui post annum obitus S. Thom. eandem tanquam Doctore Sancti Doctrinam ab aliis habitam retulit, grauique censura notauit. Itaque in ea S. Thom. interpretatione, & sententiâ Caietani, nihil in illo noui præter affirmandi ausum reperio. Ipsum tamen antesignanum Recentiores sequuntur Thomistæ Dominicanæ, Aluarez 2. de Auxil. d. 8. num. 2. Ledesma d. 2. de Scient. futuror. dub. 1. Nauarrete controu. 5. Bannez i. p. quæst. 14. art. 13. dub. 1. Cabrera ibi & 3. p. quæst. 62. art. 1. d. 3. & alij nonnulli apud nostrum Ruiz d. 1. 8. & apud Albiz supra n. 3. & reliqui, qui ex Schola Thomistarum Dominicanorum volunt censeri. Hæc si-

quidem sententiâ, vna è tribus, vel quatuor est, quibus nunc Dominicæ Schola Thomistica ab Schola Thomistica nostræ societas in re Theologica distinguitur. Hi autem omnes eiusmodi presentiam futurorum, & coexistentiam realem Deo, & eius æternitati ab æterno, atque ex æternitate, vt à Deo illa cognoscantur, valde atque cognosci, necessitatem esse docent.

2. Vtrumque autem æquam apertam Angelici Doctore sententiam venditant, atque in illam trahere nostros Molinam, Didacum, Ruiz de Montoya, Granados, & Galparem de Ribadeneira conantur, quorum nemini præfata sententiâ venit in mentem, vt assensit eurus de S. Thom. fuisse statim ostendunt, vt nequeat deinceps aliqui eius ad eam tuendam procegi præsidio: confiteque quantum Thomas Deuio Caietanus ab Angelico suo Preceptore demeruit, citatos vero nostros, qui legitur facile ab ea calumnia vindicabit. Et si negare non possum, minus caute eos (præcipue Granados,) locutos, vt cum oppositum doceant nihilominus, quandoque aduersariorum vocibus vtantur. Et Molina quidem ad locum citatum primæ partis d. 13. solum tradidit sensum, in quo Dominicanorum sententiâ posuit deinde d. 14. conclus. 2. ait: *Non esse concedendum rei, que sunt in tempore, prius existere in æternitate, quam in tempore*: quibus realem eorum omnem in æternitate, & ex æternitate presentiam, quouis sensu negat: solumque sensum obiectiões illarum presentia ab æterno, siue realis presentia toti æternitati Dei, quoad intrinsecum sumpta, d. illa 13. admittit satis prodit. Ruiz vero de Montoya hoc solum voluit dum d. 2. sect. 3. futurorum presentiam in æternitate concedit, & sect. 8. futura esse Deo ab æterno presentia. At eam sect. 7. num. 2. solum esse realem quantum ad esse materiale, quod est præfatis, nempe futurum, quod præfatis est, quantum vero ad esse formale presentia ipsius esse relationem, non realem. Sed rationis ad intellectum diuinum nempe habentis requisita, vt possit intelligi, siue obiecti intelligibilis, & cognoscibilis, id est presentiam obiectiuam in actu primo prius ratione, quam à Deo actu cognoscantur, vt ex Soar. i. de Scient. futuror. cap. 8. n. 9. reuelatur n. r. & docent Valquez i. p. d. 65. cap. 4. & reliqui nostri probantes à priori futuram cognitionem à Deo, & nos supra d. 3. quæst. 3. probabamus, & clarius hanc esse suam futurorum presentiam in æternitate docet sect. 8. n. 14. Neque Thomistica esse posuit, quam impugnauerat acriter in Caietano, & Capreolo sect. 3. n. 6. *Impugnatum dicens, & improportionatum capiti humani intellectus verbum absque temporis configuratione usurpare*: vt opus est ad Thomisticam futurorum presentiam in æternitate, aliquatenus absque errore in fide precipiendam. Tandem sect. 9. num. 5. & 6. conceptis verbis Thomistica huic sententiâ aduersus atque *creata non coexistere ab æterno realiter æternitati, sed tantum fore, & coexistant, quando producta fuerint.* Id ipsum solummodo voluere Granados controuersi. 2. i. p. d. 3. & Ribadeneira: neque de presentia reali futurorum in æternitate, nec obiectiua solum, quid amplius, quam toti Dei æternitati quoad intrinsecum sumpta, neque eius solum parit esse presentia, pro sua tamen quodque duratione, quamquam præfati Doctores reprehendendi merito sunt, quod aliquando cum Thomistis hisce loquantur, à quorum sententiâ valde abhorret, vt, qui totum contextum non legerit, circa eorum sententiam decipi possit, & aduersarij, qui suæ doctrinæ patronos externos aucupantur, possint alios decipere.

3. Iam verò adeo absurda, atque vero aliquo sensu citra errorem in fide imperceptibilis sententiâ impostura S. Th. pluribus eius (est) prolixitatis vitandæ causa non omnibus) vindicare proximum est. I. p. quæst. 61. art. 1. solum, inquit, *Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus est ab æterno.* Hoc enim fides Catholicæ docet. Indubitanter, & omne contrarium, sicut hæreticum est resutandum. Sic enim Deus creaturas produxit, quod eas ex nihilo fecit, id est postquam nihil fuerant. Deinde illud solum, quod ex-ceptum aliorum omnium propositionem facit, atque absolute, & sine addito ab æterno quouis vero sensu esse negat. Item rationem subiungit: quia reliqua ex nihilo, id est, postquam nihil fuerant, fuerint à Deo producta: quod autem omni ante sui productionem duratione nihil absolute fuerat, contradictione fuisse absolute ante sui productio

productionem aliquid dicitur; cum tamen aliquid absolute ante sui productionem, imo tota anteriori æternitate, quod vero reali sensu absolute ab æterno realiter est præsens Deo, necessario esse debeat. Dixerat etiam qu. 16. art. 7. quia solus intellectus diuinus est æternus; in ipso solo veritas æternitatem habet. Nec propter hoc sequitur, quod aliquid aliud sit æternum, quam Deus, quia veritas intellectus diuini est ipse Deus. Essent autem creata omnia ab æterno, & æterna, nec solus Deus, eique identificate veritas, si illa æternitati, & ab æterno ipsi realiter præsentia, & coexistentia, quocumque malueris sensu, forent. Item 1. 2. quæst. 91. art. 1. ad 1. ea, quæ in seipsis non sunt, apud Deum existunt: in quantum tamen sunt ab eo cognita. Et præordinata. Ecce quam præsentiam futuris, quæ nondum sunt, ab æterno apud Deum, atqueam sunt S. Th. concedat: obiectivam, nempe solam. Sed id ipsum ex locis, quibus pro opposito à Dominicanis iustioribus Thomistis recitatur, ostendamus. Verba eius 1. p. qu. 14. art. 13. sic habent. *Omnia, quæ sunt in tempore sunt Deo ab æterno præsentia: non solum ea ratione, quæ habet rationes rerum apud se præsentis: id est earum ideas, seu quidditates, & essentias earum, prout abstrahunt ab actuali existentia, ac per scientiam simplicis intelligentiæ ab ipso cognitas pro priori ad eorum existentiam decreto suo disponendam; sed quia eius in animis (seu visionis scientia) fertur ab æterno super omnia, prout sunt in sua præsentialitate.* Nempe realis actualis existentia pro sua cuiusque duratione: quibus aperte docet præsentiam futurarum rerum ab æterno apud Deum à se ipsi concessam esse obiectivam solam, & extrinsecam ab eius æterna cognitione, non autem realem, aut realis coexistentiam earum cum Deo ab æterno, & ita realiter ab æterno in Dei æternitate existentia à Deo cognosci minime docet: sed locum realiter existentia successivæ, & suo quaque tempore.

4. Id quod apertius ostenditur exemplo adducto in responsione ad 3. sicut ille, ait, qui ab aliqua aliud in itinere viam intrinsecam, simul videt omnes transiunt per viam, &c. Visionis, & loci sui similitudine, non autem obiectorum transiuntium, ita & Deus ab æterno, & simul omnia videt: suo quaque tempore succedentia; non quidem horum in re reali similitudine, quam neque inter se, neque in æternitate Dei secundum suas entitates habent: sed sola scientia, & æternitatis suæ similitudine, quæ solam obiectivam, & extrinsecam ipsis impertitur illis autem (et si huius loco explicando, atque in aduersarios retorquendo necessarium non sit) alias vtile non præteribo ex S. Thomæ doctrina hoc ipso articulo tradita. Nempe illud in sua præsentialitate non solum rerum pro sua duratione successivæ existentiam, & actuali præsentiam temporariam, quæ ex parte eius futuritudo constituitur; sed ipsum esse entitativum actuale rerum in seipsis, in quo reliquæ fundantur, localis, & temporariæ præsentia actualitates à S. Thoma significari; respectu cuius hic penes instantia naturæ, & prius, ac posterioris causæ, & causalitatis veram aliam futuritionem ab ea, quæ penes instantia temporis priora & posteriora in eis inuenitur asseri. Verba S. Thom. citat. artic. 13. quibus id expressit hæc sunt. *Uno modo (concluditur quid potest) ut est in se in actu: quomodo non consideratur, ut futurum; alio modo potest considerari, ut est in sua causa. Et sic consideratur ut futurum (quibus similia scripse quæst. 2. de verit. art. 12. & in 1. d. 38. quæst. artic. 5.) Pærgit in sensum eundem. Deus autem cognoscit omnia contingentia, non solum prout sunt in suis causis, sed etiam prout unum quodque eorum est actu in seipso. Et de contingentibus rursus, contingentia. Et insubstantialiter à Deo cognoscuntur in quantum subduntur diuino conspectui secundum suam præsentialitatem; et tamen sui futura contingentia suis causis comparata.*

5. Secundus locus opponitur ex qu. 57. art. 3. dicens, quia Deus videt omnia in sua æternitate, quæ cum sit simplex, toti tempori adest, & ipsum concludit, & ideo unus Dei inuenitur fertur in omnia, ut in seipsis sunt: sicut supra dictum est, quod, defectu æternitatis ipsi intrinsecè intellectibus, cognitiuibusque creatis, etiam Angelicis, illatum denegat, consonat 1. contra gent. cap. 66. ratione 6. cum æterno nunquam esse deficiat, cuiuslibet tempore instanti tempore præsentialiter adest æternitas: quid

quid igitur in quacumque parte temporis est coexistit æterno, quasi præsens eidem; et si respectu alterius partis temporis sit præteritum, vel futurum: æterno autem non potest aliquid præsentialiter coexistere, nisi toti, quia durationis successivam non habet: quidquid igitur per totum decursum temporis agitur, diuinus intellectus in tota sua æternitate inuenitur, quasi præsens, nec tamen, quod quadam parte temporis agitur, semper fuit existens.] Denique in 1. d. 38. qu. vn. art. 5. corpore ita eidem doctrina insinuat: [cum Deus sit æternus oportet, quod cognitio eius modum æternitatis habeat. Unde, sicut quauis tempus sit successivum, tamen æternitas eius est præsens omnibus temporibus; vna, & eadem, & indiuisibilis, ut nunc stant: ita & cognitio sua inuenitur omnia temporalia, quauis sibi succedentia, ut præsentia sibi: nec aliquid eorum est futurum respectu ipsius, sed vnum respectu alterius.] Hæc aliquid amplius, quam præsentiam obiectivam futurorum æternitati Dei sonat: ac proinde ab aduersariis audacissime arripuntur, à nobisque ad longum recitanda fuerit; ne difficultiora S. Thom. testimonia pro aduersa sententia dissimulasse, atque ex industria omittisse videremur: solutionem autem præstabitur, quæ similia plura ex Patribus, ex quibus hæc Angelicus præceptor pene ad verbum desumpsit, legitime intelligantur: quare longa horum recitatio breuitati consulari: quia innumeris alius Patrum testimoniiis referendis, & dilucendis abstinere nos merito facit.

6. Hæc ergo, & similia Patrum testimonia solum probant, & docent, quod nemo nostrum negauit vnquam, Nempe: respectu æternitatis indiuisibilis Dei, & subinde scientiæ, & iudicij diuini, quod cum æternitate iudicari, eamque non tempus, sicut creatura iudicia, significat, nihil transire, de noue accedere: quia cum tota simul, & indefectibilis sit, omnemque durationem creatam, creabilem, & imaginariam ambiat redundanter, nihil eam, aliquidve eius potest præterire, nihilque denuo, vel toti, vel eius parti accedere: quare respectu solius æternitatis, & iudicij æterni Dei, quod illam solam concernit, & significat, quæcumque in tempore siue præterierunt in suo esse, & duratione actuali, siue succedent in actu præsentia ipsis sunt, & vni seipsis sunt cognoscuntur, & iudicantur à Deo ab æterno; ac proinde nulla successivæ temporum notitia de rebus, ut actu in seipsis sunt, denuo aduenit Deo. Ex qua doctrina Dei immutabilitatem, etiam per actus liberos scientiæ suæ de existentia actuali rerum de præsentibus ab importunis argumentis ingeniosorum Recentium Murcianorum ex nostris vindicauimus controu. 1. d. 4. & obscurius, quia pressius, ea præoccupauerat argumenta noster Vasquez 1. p. d. 64. c. vi. verbi. *Terrio docet, proxima S. Th. loca summam referens, & dissoluens.* Itaque testimonia præfata solum contendunt æternitatem Dei, eiusque iudicium comparari, & esse de præsentibus cum rebus omnibus cuiusvis durationis creatæ ferri: que in illas secundum suum esse actuale, quod in quauis duratione creata, in qua locum habet successio, & præteritio, vel fuerunt, vel sunt, vel erunt: quod creatis durationibus, & cognitionibus, Angelicis etiam, quæ cum tempore, & duratione diuisibilis, nec tota simul sunt, denegat statim testimonio primo.

7. Ceterum, quod ideo ab æterno, & ex æternitate sint, atque ab æterno esse, adhuc extrinsecè, per Dei æternitatem (ut opus erat aduersariis) doctrina minime eis locis docet S. Th. imo vero docet prout aduersum constat primo ex illis verbis testimonij primi, & ideo unus Dei inuenitur fertur in omnia, ut in seipsis sunt, non in Dei æternitate, cui in sua, & pro sua duratione coexistunt: non, quia eorum existentia, & duratiæ retrotrahatur realiter ad ipsum (ut sic loquar) æternitatis Dei, & cognitionis æternæ initium; sed, quia æternitas Dei, & iudicij eius infinita indiuisibilis, & actu, & de præsentibus eadem illuc penitent. Secundo constat ex verbis illius testimonij secundi. *Quidquid igitur per totum decursum temporis agitur diuinus intellectus in tota sua æternitate inuenitur, quasi præsens: nec tamen (pende) quod quadam parte temporis agitur semper fuit existens: quod autem realiter ab æterno est, & fuit sensu aliquo vero, semper fuit existens realiter sensu eodem.* Eius autem sententiæ potestremæ obseruatione præuenit satis aduersarios nostros, ne occasione sententiæ antecedentis in præceptis, in quod

RUTEGA
n. d. pau
Vla

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.



erunt, haberentur: quia, ut aeternitas Dei coexistat de presenti futuris, cuiusque aeterna cognitio de illis de presenti tota sua aeternitate sit, lat est Dei, & cognitionis suae, quae tota simul est, aeternitatem illorum durationi, & existentiae actuali coexistere, & de presenti eam totam semper, & solam esse cum illis, quia, ut super dicebam illae ad initium absque initio aeternitatis regrediantur. Tertio demum testimonio eadem omnino doctrina continetur: quod scilicet respectu aeternitatis Dei, & cognitionis aeternae ipsius non sit successio: quia in ea nec anterior, nec posterior durationis pars est, sed una eadem, & indivisibilis praesens est omnibus temporibus, ac rebus per illa succedentibus.

8. Ut haec tamen adeo aperta pro mente sua explicanda in S. Doctore non adessent, ac solum aliorum de eius hac in re sententia iudicio standum esset, nullatenus pro affirmativa Recentiorum Thomistarum Dominicanorum; sed pro negativa nostra steriles, discipulorum eius (& maxime Dominicanorum) vetustiorum, quibus potior habenda fides, testimonia conuincerent. Et in primis Aegidius Romanus, & ipse S. Thomas discipulus auditor, & vindex in suo castigatorio aduersus corruptor doctrinae S. Thomae observationibus ad citatum art. 13. falso illi impostam affirmantem sententiam à Doctore Parisiense clamat, & dolet: [cum ipse dare suam eo articulo sententiam protulerit: quod res sunt praesentes, Deo ab aeterno, non in sua existentia actuali, sed quia ipse actu intuetur eorum praesentiam aeternaliter.] Hebraeus ducentis aere Caietanum annis florens, post S. Thomae obitum, needum quinquaginta, in doctrinae eius defensione, & in 1. d. 38. quaest. 5. S. *Quantum ad tertium*, ait: [dupliciter intelligi potest aliquid esse praesens Deo: vno modo per existentiam realem in suo esse, tunc non coexistunt res alicui Deo ipsi Deo ab aeterno, ut dictum est. Alio modo possunt dici res praesentes Deo, ut intuenti, siue per intuitionem: & sic omnia futura sunt Deo ab aeterno praesentia non solum, quantum ad suas rationes quidditativas, sed etiam, quantum ad suas existentias actuales secundum intuitionem,] quae sunt non solum doctrina, sed verba S. Thom. citat. art. 13. Hunc & imitatus, & laudans Syluester facti Palatii Magister in confessorio doctrinae S. Thom. articuli eisdem relatis verbis: *Ipsa*, inquit, *dictum fuit occasio errandi* (coartaco Caiet.) [et putandi quod D. Thom. intelligat praesentiam in esse reali, quod non est verum, sed vult dicere: quod Deus non solum habet praesentes rationes futurorum, quae repraesentant eorum quidditatem, sed etiam per illas fertur super praesentia, & existentias.] Et hunc solum sensum necessarium esse subinfertur probat; alium vero, *inexcogitabilem*, *et quem nullus Thomistarum, prater unum ausus est affirmare: quia ex illo videtur sequi aliquid contra fidem: nempe creaturas fuisse ab aeterno.*

9. Deza Hispanensis Archiepiscopus, Caietano etiam coartatus in 1. d. 38. quaest. 5. art. 2. S. 2. scribit male à nonnullis intelligi S. Thom. pro affirmante sententia, quod & sententiam falsam etiam esse apparet ex multis: post quae concludit. *Pater*, quod mens dicitur Thom. non fuerit, res esse ab aeterno praesentes Deo secundum suam praesentia, et quidem Caietanus ipse se primum esse interpretem S. Thom. pro affirmante sententia iactauit: ut eius solo testimonio omnes ex certis Thomistas pro opposita sententia S. Thom. numerasse conuinci possit. Sed & ex Recentioribus Thomistis Dominicanis primarius Salmantianus Magister, Illustrissimus Arauco & ipse viginti & eo amplius annis Thomistarum suarum traditionum in ea Academia Salmantina emulatur contra nostras Thomistas, postquam sacris Segouienibus infulsis exiit Dominicanum cucullum pro sua circa S. Thom. doctrinam eruditione tom. in eius primam partem ad citati art. 13. doctrinam de ea rerum in aeternitate Dei realem ex aeternitate, & ab aeterno praesentia exacte, & subtiliter disputans neque ex mente S. Thom. neque ex veritate esse docet, sed sequere probat: cumque Thomistarum sitorum Recentium conclusionem de rerum coexistentia aeternitati in suam sensum explicare vellet (nempe pro sua cuiusque duratione, cui tota, & eadem aeternitas praesens pro illa tantum est) non eo contentos illos vereri, ac suspicari se, modo dicta subratio neque, sed aliquid amplius contendere.

10. Pro negativa igitur nostra sententia numerandi in primis Angelicus Praeceptor Petrarca citatis n. 1. Capreolus, qui affirmantem afferere ausus non fuit, ut videmus n. eod. 1. Aegidius Romanus, Hebraeus, Syluester, Deza, & Arauco citati, & recitati, n. 8. ex aliis antiquis Magist. in 1. d. 35. & 36. S. Bonavent. d. 39. art. 2. qu. 13. Scot. qu. 1. §. *Alter joni* cum tota sua, & Nominalium Schola apud Smiling. tract. 2. qu. 3. n. 84. Okam. in 1. d. 38. Duranti qu. 3. art. 2. Gabriele Aureolo apud Albiz supr. & Herize infra. Ut contet quanta veritate Bidez in 1. p. qu. 14. art. 1. §. *Ne sequam conclusio quarta*, dixerit: communiter scholasticos contrariam suam affirmantem sententiam sequi: vniuersi Thomisticae nostrae scholae societatis Doctores Molina, Suarez, Didaeus, Ruiz de Monroya, Granados, & Ribadeneja ab opposita sententia impolitura vindicati n. 2. Valsq. citatus cert. 1. Valencia 1. p. qu. 14. art. 13. dub. 4. Arubal. 1. in 1. p. & Herize, Adam, Tanner. in 1. p. d. 2. qu. 8. dub. 6. à veris. *contra istum vero sententiam*. Marcius tom. 1. tract. de Deo d. 2. 6. Franc. Amicus de Deo vno d. 12. sect. 4. Becan. 1. p. c. 10. qu. 10. Praeposit. in 1. p. qu. 14. art. 13. dub. 2. Quiros de Deo vno tract. 4. d. 48. sect. 4. Etii videtur verbis ad Thomistas inclinare, similitas enim coexistentiae Dei durationibus successibus, quam admittit ex parte solum durationis diuinae, seu suae aeternitatis est, non temporis, vt patet ex sectionis initio, & conclusionis explicatione & exemplo coexistentiae locali Dei omnibus locis: quo vitur Anton. Perez in 1. p. d. 6. art. 13. cap. 7. §. *utraque explicatio*.

CERTAMEN III.

Negatiua nostra sententia duplici conclusione contra duplicem sensum praesentium explicata ab auctoritate probatur.

1. Prima conclusio: futura non coexistunt aeternitati realiter ex aeternitate reali, nec sunt Deo praesentia realiter ab aeterno significato tempore verbis: *sunt*, & *coexistunt*, & vocibus *ex aeternitate*, & *ab aeterno*, significantibus aeternitatem Deo extrinsecam diuisibilem, & successibus, siue possibilibus, siue imaginariis, in qua, seu in ordine ad quam suam intrinsecam durationem, & duracionem praesentiam realem futura habentur, Deoque, & eius aeternitati realiter secundum suam esse actuale, & nunc coexistunt, & coexistunt futura. Haec conclusio de fide est, neque vt arbitror ab aduersariis, nec à sano Philosopho, nedum à Theologo Catholico, negata. Eius proinde opposita affirmatiua propositio haereticis aperta dicitur esse à S. Thom. 1. p. quaest. 84. art. 2. Est expressa scripturae sacrae locis pluribus Plat. 89. *Prius quam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis à saeculo, & usque in saeculum tu es Deus*, quibus consonat illud Prouerb. 8. de aeterna, & increata Dei sapientia de se aientis. [Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret: necdum fontes aquarum eruperant; nec dum montes graui mole constituerant: ante omnes colles ego parturiebar: Adhuc terram non fecerat, &c. Et ego iam concepta eram.] At nihil horum verum est, si futura significato à verbis tempore, & significata vocibus *ab aeterno*, & *ex aeternitate* extrinsecam Deo aeternitate diuisibili, & successibus, siue possibili, siue imaginaria, vel cui responderit, vel in qua realis praesentia futurorum exultat, existeritque futura, vel Deo realiter praesentia ab aeterno esse referre dicantur, vel coexistere aeternitati ex aeternitate ergo salua fide, & scripturis ita Deo realiter praesentia esse, cuiusque aeternitati dici vera ea verborum con-significatione, & significatione vocum minime potest. Minor est certa: quia eo, quod sua propria duratione, & esse actuali aeternum est, Deus prior esse nequit.

2. Ioan. item 8. siue. Amen amen dico vobis, priusquam

quam Abraham fides ego sum, aiebat Christus Dominus, ut suam eis diuinitatem insinuaret, quæ est duplicis Amen, geminata asseruatione à Christo Domino dicta, vera non forent sensu vilo, si nulla anteriori duratione (de qua ibi sermo) proprietate, & rigore sermonis Christus, adhuc qua Deus, Deique, nec solum hominis filius, Abrahamo præcessisset: non præcessisset autem, si Deo semper ab æterno, eiusque æternitati ex æternitate secundum durationem propriam, & sum esse actuale, & intrinsecum realiter præsens, & coexistens proprietate sermonis, & præfata verborum consignificatione, & vocum significacione fuisset: ergo non ita fuit Abrahamus realiter præsens, & coexistens Deo, eiusque æternitati ex æternitate, & ab æterno. Atque ex hoc loco Christi, & Filij Dei, Deitatem, & consubstantialitatem Patri probat contra Atrium Athanasius lib. 2. contra ipsam, reprobatque eiusdem verba ex lib. Thal. *ait quando non erat Filius Dei: nec erat antequam fieret*: quia Filius contra Euangelium, id, quod creaturæ proprium est (scilicet ab æterno, atque ex æternitate non esse) auit tribuere, inde Athanasius idem, & Concilium Nicenum, quia ab æterno Filius Dei esse in scriptura dicitur Deum illum proprie esse definitum: quod male obinde definitur, si proprietate vocum creaturis etiam esse ab æterno, atque ex æternitate existere, & coexistere Deo competere: siquidem ex eo, quod plerique commune est, nec alicui proprium, male hunc esse colligunt: nempe ex eo quod aliquid animal, aut homo sit, perpetuum, vel illud hominem esse, vel esse Petrum in eorum.

3. Nihil hac veritate apud scripturam antiquius. Ita enim primum Geneleos caput ordiunt: *In principio creauit Deus caelum, & terram.* Cum autem, quod æternum ex æternitate, atque ab æterno, est principium non habeat, neque finem, Cælum, & terram, quæ initio temporis creata à Deo, productiue, & priusquam creata cætera in duratione fuere, neque ab æterno, neque ex æternitate præsentia realiter, & coexistentia Deo, eiusque æternitate proprietate sermonis fuisse ex hoc loco conueniunt: ita fuisse ea, & creata cætera, quæ hæcenus extiterunt, demerpsit iacessu temporis existere respectu antecædæ, vel possibili, vel imaginariæ durationis futura, ut quamvis æternitati Dei inuisibili pro sua tamen duratione, coexistant, non tamen pro anterioribus. Hinc nihil creatum, sed solum Deum æternum, seu quod idem est, ab æterno esse, definitum est in Conciliis, quæ passim apud Theologos occurrunt, ut videre est apud Valq. 1. p. 120. c. 1. ubi inter alia hæc ex Rheimenti Concilio creditur, *et confirmatur solum Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum æternum esse, ac definitum etiam est capitulum de lumina Trinit. eademque sententia, atque Deum creatis omnibus duratione, in eo æternitate præcessisse frequens Patrum, & Conciliorum locutio est: quod nisi verborum, & nominum proprietate significacionis negamus nostra conclusio hæc certa sit, certum esse non potest. Videatur August. de Genes. ad lit. c. 18. & saepe lib. 12. de ciuit. Dei (ex quo aliqua statim recitabo) de prædestinatione, & grat. c. 5. ab illis verbis mundus, quamuis pro tempore, ex quo factus est, coepit.*

4. Si secunda conclusio. Futura non sunt realiter præsentia Deo ab æterno nec eius æternitati ex æternitate realiter coexistunt, nec coexistere possunt per extrinsecam ipsi ad huc durationem æternitati Dei. Conclusio hæc me iudice testimonis iisdem scripturæ, Concilio, & Patrum probatur, quæ pro prima retulimus. Si enim scilicet alio quo futuro secundum suam esse actuale, alius extrinsecam ipsi, & aliena durationis mensura æternitatis diuina, Deo præsentia, & coexistentia realiter ab æterno, & ex æternitate essent, absolute dici eum veritate non possit. & creaturas capisse in tempore, quæ ex æternitate in suo esse actuali cepissent: in quo negatiua hæc continetur illud tempus non extiterit: quod absolute omnem eorum ante illud tempus a tualem existentiam realem negat: & falso quidem, si per mensuram ipsi extrinsecam, & alienam æternitatis diuina realiter ab æterno, & ex æternitate existunt, & coexistunt Deo. Item falso reliquis locis absolute dicitur Deus, eiusque sapientia in creatura, antequam terra montes, & creata reliqua produceretur, fierent, & formarentur, esse, & existisse: eo

Christoph. de Ortega, de Deo Pao, Tomus I.

enim quod ipsi vero sensu ita semper coexistit, præsentiaque ab æterno est, prior esse, atque, antequam illud existeret, existere dici absolute nequit Deus. Nec satis est id dici, & intelligi de existentia & esse actuali, & Dei, & creaturæ propria duratione, non autem de existentia & præsentia alterius, nempe creaturæ per durationem alienam, etiam verè per ipsam ab æterno duret, præsentiaque, & coexistens realiter Deo sit. Contra primo: quia, si hic etiam sensus proprius sit, & in eo rerum futura ab æterno, & ex æternitate realiter Deo coexistere præsentia: imprudenter eorum existentia ante tempus negatur, Deique ante illa existentia absolute, & absque limitatione, & distinctione asseritur in scriptura: quod est blasphemum. Mitto aliam impugnationem, quæ dum à ratione agam, probatio, hæc etiam aduersariorum affirmatiuam conclusionem secundo sensu explicaram in primum sensum (quem loca recitata, tanquam fidei dogmatibus aduersum, ipsis parentibus recitauerunt) tandem recidere: quare, & secundum hunc æquè demum eisdem testimonis confutandis.

5. Tertio impugnatur solutio: quia si æternitas Dei vero aliquo sensu (nec proflus chimerico, & cum alicui proprietate sermonis significabili, & perceptibili facit creata realiter ab æterno durare in suo esse actuali, præsentiaque realiter secundum actualem suam esse ex æternitate semper Deo coexistere) interuenit contra Atrium Athanasius, & Concilia ex loco recitato, priusquam Abraham fieret ego sum, quo Christi Filij Dei æternitas, siue eius ex æternitate, atque ab æterno existentia, & actualitas essendi præcisè declaratur, eiusdem diuinitatem, & creaturam non esse, Patet: quia opposita affirmatiua sententia admittit: creata omnia, nedum aliqua (quod consequentiæ vitio sufficeret) sermonis proprietate, & vera significacione æterna in suo actuali esse, atque ab æterno, & ex æternitate præsentia, existentiaque, Deo coexistentia forent: ac proinde ex eo: quod Christus Dei Filius ante Abrahamum extitisset, atque actu ab æterno esset proprietate sermonis (quod solum eo loci asseritur) Dei Filium esse illum male colligetur: siquidem proprietate sermonis recitata iuxta aduersariorum doctrinam, & ab æterno esse actu, atque ex æternitate existere possent, atque simul esse creatura.

6. Dices in eo loco dici Christum Abrahamo anteriorem: quod de anterioritate per durationem æternam extrinsecam dici iuxta aduersariorum doctrinam nequit: cum iuxta illam æternitatis durationis extrinsecam, sint Abrahamus & Christus; ac proinde Patres, & Concilia ab anterioritate per durationem intrinsecam Christi respectu Abrahami; bene illius Deitatem intulisse. Sed contra, quia, ut nuper dicebam ex sola anterioritate respectu Abrahami, quin de illa per durationem intrinsecam fieret à Christo Domino mentio; atque ex eius ab æterno duratione, & existentia per eam anterioritatem insinuata, Deitatem Christi Dei Filij, Patres, & Concilia intulerunt: quæ si non per intrinsecam solum durationem, sed per extrinsecam proprietate sermonis iuxta aduersarios saluari, & intelligi possunt; & Patres male intulerunt, & Concilia Christi diuinitatem: & Christus male suam respectu Abrahami anterioritatem absolute asseruit: siquidem anterioritas absolute maiorem à parte ante durationem absolute dicit, quam proprietate sermonis respectu Abrahami Christus, in aduersariorum doctrina, absolute non habuit: non dicit autem modum eam habendi per durationem intrinsecam, vel extrinsecam: si per extrinsecam absolute, ut aduersarij volunt, possit haberi: quia vero ita à creaturis per Dei intrinsecam, ipsi vero extrinsecam durationem haberi non posse Patres, & Concilia recognouerunt, intulerunt bene: & Christus sapientissime suam respectu Abrahami anterioritatem, & æternitatem nullatenus Abrahamo competentem alluit: eis vero, & illatione, & asserito durationem creaturarum ex æternitate, & ab æterno per extrinsecam ipsi æternitatem Dei apertissime, & Christus Dominus, & Patres, & Concilia damnarunt.

7. Quid contra hanc solutionem (quam à Patribus præoccupatam repetio) plura: vnum Sancti Augustini testimonium illi explodendæ sac erit. Ita enim scribit 12. de ciuit. Dei cap. 15. *cessante fabricatoria Dei potentia, ita non erunt (creaturæ) sicut antequam fierent non fuerunt. Ante dico æternitate, non tempore scilicet ante rerum conditionem æternitatis si la præcessit: diuina, & tota simul nimirum, quæ scilicet a præcessit, existitque, non autem*

ORTEGA
A. P. P. P.
VIA

quæ ante rerum omnium & temporis productionem possibilem solum, & imaginaria permansit, neque usquam adit fuit, & extitit, ut de ipsa præcessit, sine falsitate, dicitur ab Aug. sicut postea quod posito contra aduersariorum solutionem, & conclusionem nostram huic secundæ oppositam ex hoc loco argumentor. Si extrinsecus ab æternitate Dei res creatæ in suo actuali esse ex æternitate Deo coexistere realiter, atque realiter præsentem ipsi ab æterno vere absolute esse, & proprietate sermonis dici possent, pro præcedente æternitate Dei essent absolute æternæ fierent, & tota Dei æternitate, quæ ipsorum conditioni præcessit: id autem expressis verbis absolute Augustinus negat, ut vidimus: ergo res creatæ non sunt absolute præsentem Deo ab æterno, ipsique coexistentes ex æternitate proprietate sermonis per extrinsecam Dei æternitatem. Item 5. de Genes. ad lit. ait. *Antequam fierent, & erant, & non erant, erant in Dei scientia, non erant in sua natura.* Et tamen ut actu in æternitate ab æterno essent in sua natura fuisse oportebat. Similia habet serm. de verb. Apostol. *Elegit tamen, & habet electos, quos habuit apud semetipsum non in sua natura, sed in præscientia sua nondum enim erant, quæ sibi interpretatur Magist. d. 36. Non in sua natura, id est, illorum, quia nondum erant, sed in sua præscientia: quia eos ita nouit, ac si essent.*

CERTAMEN IV.

Conclusio utraque negatiua valide ab Absurdis probatur.

1. Conclusionis primæ, quæ rigida verborum, & nominum significatione & consignificatione durationis successiuæ possibilis, & imaginariæ procedit probatio euidens, non rationis solum, sed ueloculorum luminis est. Præsentia realis futurorum in æternitate, Deoque coexistentia ab æterno eo rigore consignificationis verborum, quæ tempus necessario consignant, & nominum ab æterno, & ex æternitate extrinsecæ Deo (de qua prima nostra conclusio procedit) significatio est successiuæ, & diuisibilis, vel possibilis durationis, vel imaginariæ æternitatis Deo extrinsecæ dicit rerum creatarum præsentiam, & in æternitate ex æternitate etiam successiuam, & diuisibilem Deo extrinsecæ, & coexistentiam earum Deo ab æterno in æternitate eadem diuisibilem successiuam, Deoque extrinsecam neutrum autem habent referat: ergo neque præsentiam in æternitate realem, neque realem Deo coexistentiam ab æterno. Maior est ipsissimus conclusio huius nostre sententia. Minor probatur euidenter: quidquid incipit esse in duratione nostrâ successiuâ, Deoque extrinsecæ, ita in nunc suæ inceptionis est, ut, in omni antecedente duratione cuiusmodi, imò neque in aliqua, etiam proximè immediata eius, parte præcedente ipse fuerit: alioqui in illo suo primo nunc fieri, & esse, non inciperet, ut ex terminis patet.

2. Pergo; atqui creatæ omnia inceperunt incipientque in duratione successiuâ esse: ergo ita creatæ omnia pro suo primo nunc sunt, ut in duratione antecedenti successiuâ anteriori, imò ne in eius minutula etiam proximè immediata, parte præcedente ipse fuerit: aliquid ita nunc primum in duratione successiuâ est, ut in tota antecedenti imò nec aliqua eius particula non fuerit, implicat esse in eiusmodi duratione ab æterno & ex æternitate: ergo implicat res creatas esse ab æterno & ex æternitate in duratione successiuâ Deo extrinsecæ consignificata & significata verbis & nominibus nostris ergo & implicat eas esse realiter Deo præsentem, & coexistentem ab æterno & ex æternitate in sensu nostræ huius primæ conclusionis. Hæc consequentia est euidens: quia implicat aliquid esse præsens Deo realiter, siue coexistens pro ea duratione pro qua non est: quia implicat id, quod non est pro aliqua duratione, pro illa esse alteri præsens, & coexistens: etiam hoc alterum illi etiam durationi præsens sit, & coexistat: siquidem simultanea duorum præsentia, & coexistentia duorum pro illa nihil aliud est, quam duorum

pro illa actualis præsentia & coexistentia, quæ rebus pro omni anteriori duratione successiuâ, & Deo extrinsecæ deficit, ut euiusmodi. Quod autem res omnia creatæ inceperunt, incepturæ sunt ex animalium generatione, actumque nostrorum, cum interiorum, tum exteriorum non ad rationem solum, sed ad oculum etiam patet euidens, imò.

3. Secunda nostra negatiua Conclusio, quod futura, seu creatæ in suo esse actuali, & extra suas causas, nec Deo præsentia realiter, neque coexistentia eius æternitati, & ab æterno sint, adhuc extrinsecus per Dei æternitatem, quæ tota simul, & de præsentia suo omni extrinsecæ durationi, etiam imaginariæ, respondet, & cui semel, pro sua unumquodque duratione coexistens, præsentiaque realiter erunt. Probatur à ratione primò: quia ut certam. 3. n. 4. dicebam, secundus sensus affirmantis, & aduersæ in primum eisdem absurdissimum sensum quem Thomista recentiores merito execrantur, ut consequentiæ cogendus est: etenim in rebus creatis futuris, quæ semel toti æternitati Dei indiuisibili coexistunt, realiter creatæ etiam durationes rerum clauduntur: vel ergo ex ea durationum creatarum coexistentia Deo, cuiusque æternitati toti, & indiuisibili inferunt, & eas extrinsecus ab ipsa Dei æternitate esse ab æterno, & ex æternitate euiusque æternitati vere, & realiter præsentem semper, & coexistentem, vel secus. Si postremum; ergo nec futura reliqua creatæ ex præsentia, & coexistentia reali semel Deo, cuiusque æternitati toti, & indiuisibili, eis ex æternitate & ab æterno Deo euiusque æternitati præsentem sunt, & coexistunt. Si autem dicas primum cum duratio, & si à re durate distinguatur, accidens sit, naturaliter subiecto sue rei duranti inhærens, imò accidens modale essentia sua à re durate inseparabile, res, sua quæque intrinsecæ etiam duratione, quæ ipsi inest, ab æterno, intrinsecæ ab æterno durabit; nec solum extrinsecus à diuina æternitate, cui semel pro determinato tempore intrinsecæ, & determinata duratione imaginariæ, seu possibilis coexistere contentis: quod est in primum affirmantis sententiæ sensum incidere, quem merito exhoros.

4. Inde verò, quot, quotque inferuntur absurda. Primum: tempora omnia essentia sua diuersis quæque, & inconiungibilibus partibus imaginariæ durationis affixa, atque ab una in aliam durationis imaginariæ partem immobili, vere duratione hæc extrinsecæ æternitatis ex æternitate omnibus æternitatis extrinsecæ siue possibilis, siue imaginariæ, & vitæ etiam, sine vilo discrimine, quæ & sibi inuicem pugnant, repugnantia, & inconiungibilia essentia sua temporis amice temporis, imò æternis succedebuntur. Secundo vera cuiusque partis temporis (nec dum tempus totum quod fat esse absurdum) æternitati Dei in duratione vera æquibitur, neque ab illa exceditur: cum tota illa vere, etiam extrinsecus, tempus horum sententiæ daret: quare æternitas Dei non erit respectu temporis nostri, imò nec particula ipsius minime mensura excedens, neque enim eadem Dei æternitas septa maior, minorque absque aperta contradictione dicit, esse potest: neque intrinsecam Deo esse: creatis verò durationibus solum extrinsecam durationem, magnitudinis eius æternitatis quidquam in Deo auget, & in creatis minuit. Vnde cessat solutio aduersariorum frequens ad plura argumenta. Nempe res esse in æternitate ab æterno tanquam in mensura excedente, quemadmodum qui in gymnasio, vel celo est, non est in illo tanquam in mensura æquali, sed excedente: ac proinde non oportet, ut sit in æternitate per aliquam durationem anticipatam æternitati Dei coexistenti nec, qui in gymnasio est & in celo, tanquam mensura excedente opus est ut æquæ extenta præsentia celo correspondeat. Sed contra: quæ est in gymnasio illo & celo continetur, non autem est in illo, sicut aduersarij dicunt, quæ in tempore aliquando sunt esse in æternitate item, si æmus, utcumque esse in celo, tamen non est in celo per localem adæquationem eius circumferentia, sed solum per correspondentiam suæ præsentia, siue pro suo spatio: aduersarij verò dicunt creatæ in tempore, ita in æternitate esse, ut ab æterno, & in æterno sint: ubi ergo est mensura excedens æternitas? maxime, cum tempus ipsum minutulum, ut dixi, etiam tota æternitate eorum sententia steterit, ita utrumque sit. Tertio quæuis minima temporis pars, non erit tempus, sed æternitas; ut doctoris Iarisi & præse arguebat olim Hidorus de summo bono.

bono cap. 8. oppositam Thomistarum doctrinam, & solutiones, quali præfatio, his verbis confutans. *Si tempora semper essent Deo presentia non essent tempora, sed æternis: quia non mutarentur, sed starent, æterni vnde decemque daret ab æterno, sique Deo semper præfens realiter, & vere tempus, nunquam, nunquamque non fuit, aut deficeret.*

5. Quarto: si vere ab æterno, est extrinseca Dei duratione indivisibili, duramus, nostras etiam cognitiones durabunt ab æterno, & ex æternitate Dei: cum ob rationem eandem, quæ Thomistis hæc nota durare extrinsecus Dei tota simul, & indivisibili æternitate dicimur: tum etiam, quia tota nos antea æternitate, vel somno æterno prelo, vel perpetuo stupore correptos præcessisset, dum vivimus, videlicet erit asserere: id autem fatendum aduersariis necessario est: cum nemo nostrum æternæ duratiæ recorderetur, nec durare se tunc etiam cum ex æternitate durabat, persensisset: item ex eodem principio coexistentiæ, & presentia veræ, & realis omnium hominum Deo ab æterno, seu ex æternitate modo & sensu, cui secunda hæc conclusio contradicimus inferitur: nos omnes nobis omnibus vicissim, eodem vero, & proprio sensu præfentes, & coexistentes realiter ab æterno, & ex æternitate fuisse nec stupidos, nec tota illa æternitate dormientes: quare, & nostrum quemque reliquos ab æterno nosse: imprudenter ergo, atque adfectatæ obliuionis, & impudentiæ notandi essent: quicunque de ipsorum consuetudine, & cognitione antiqua intrepide iactabundos, ex viu quotidiano illis verbis compelleret: ubi vel *vnde no nesci?* cum prompta intrepiditas hæc, æque ac vera, in aduersariarum doctrinam responso esset: in Dei, & ex Dei æternitate, ubi, & ex qua sumus contubernales. Denique ea necessaria hæc nostri, nostrorumque omnium præfentia, & existentia reali ab æterno, & ex æternitate inferitur nos omnes ab æterno etiam nosse omnia que pro aliqua temporis mensura existentia nouimus: quare, & posse illa futura prædicere, vnde futurorum prædictio, & certa diuinitatis argumentum diuinitatis, vel per se, vel per alios, futura prædicentis non erit contra Patrum, & Theologorum axioma, quod supra statuebamus. disp. 5. quæst. 5. cert. 1. Quod autem his responderi poterat: rerum cognitionem in tempore pro solo illo, & duratione intrinseca cognitionis, & cognoscens hunc denominare verum quidem absolute est: sed quia alia, quam intrinseca rerum vera duratio non est, admittit autem earum extrinsecam durationem vera solutio nostra, nec bona est.

6. Quinto: ex opposita conclusione inferitur: nihil vnquam absolute incipere, nihilque vnquam absolute deficere defecturumque vnquam esse: quod (præterquam quod incipientis factis aduersarij manifestæ, & euidentissimæ quotidianæ experientia contradicere: illationem probat: quia id, quod ab æterno, & in æternum absolute proprio veroque aliquo sensu est, neque æternitate à parte ante, neque à parte post absolute non est, nec non esse absolute potest, siquæ ab æterno, & in æternum duo contradictoria simul existerent, quæ, ne ad vnum quidem instantis temporis, possunt fœderari: atque, ut aliquid absolute incipiat, & deficiat, necesse est, ut omni antea æternitate à parte ante, & æternitate tota à parte post absolute non sit, ut ex terminis claret: ergo opposita doctrina admittit, nihilque vnquam incipit, nihilque vnquam deficit, defecturumque vnquam est, imo vero nihil potest incipere, vel deficere, discutitur est legitimus. Maior de se euincens, & deductione ad impossibile demonstrata. Minor fundetur. Tum, quia, est rerum durantium pro aliqua temporis parte duratio intrinseca absolute percat: aut esse actuali rerum absolute ab æterno fuit, & in æternum esse duratione increata tota simul & indivisibili, qua est extrinseca duratio, ex æternitate & in æternum existunt: quare, est intrinsecum ipsis tempus, & duratio percat, nec antea duratiōe ipsi non aduerit, res secundum formam esse actuali, & extra causas, neque anteriori æternitate absolute, & quoad substantiam, æternus, vel posteriori tempore intrinseco deficiunt: sed solum quoad accidens: quemadmodum, cui albedo solum perierit, non statim illud quoad substantiam suæ absolute perierit ac non esse, neque absolute non esse dici possit.

7. Ex quemadmodum (quod adhuc apertus est) corpus duplici loco existens, si in vno periret, nihilomi-

nus in alio absolute permanens dicitur à nonnullis, atque adeo non esse dicendum absolute in rerum natura non esse, sed solum secundum accidens, cui doctrinæ non annuo: est tamen eadem, materia tantum mutata, cum horum doctrina Thomistarum. Aliud enim: deficiente tempore intrinseco rerum, hæc nihilominus non intra meram suam possibilitatem manere conclusas, sed nihilominus ab æterno, & in æternum in suo esse, & existentia persistere per extrinsecam æternitatis diuinæ durationem, ut verum absolute relate ad Dei æternitatem tota, & per totam æternitatem sit de Antichristo dicere: *Antichristus existit*: secundo, ut proxime dicebamus, duratio intrinseca rerum absolute non deficit: sed ab æterno, & in æternum actu, & de presenti, æque ac res durans, in horum doctrina fuit, & erit. Dicent primo sexti numeri argumento Thomistæ: existentiam, & productionem rerum in tempore posteriorem, posterioritate in quo, seu durationis esse earum productione, & existentia in æternitate; scilicet posterioritate à quo, seu causalitatis: siquidem earum in æternitate presentia, & existentia ab earum existentia, & presentia in tempore pender: quia enim in suo tempore futura, & coexistentia æternitati, toti æternitati ab æterno coexistunt. Contra primo: quia inceptio, & desinitio rerum in ordine ad prius, & posterius durationis; non autem causalitatis est. Secundo causalitatis, & dependentia realis nec solum obiectiua ab eo, quod necdum est, sed solum erit, inaudita, & chimerica in Philosophia est. Tertio (& est valida ad hominem secunde impugnationis confirmatio) ideo aduersarij presentiam istam futurorum in æternitate Dei, & ab æterno commenti sunt, ut dependentiam obiectiuam solum diuinæ scientiæ ab æterno præcedentis à futuro nondum existente admittent: ergo multo minus ab eis admitti potest realis dependentia, & posterioritas à quo presentia realis futurorum in æternitate, & ab æterno à presentia eorum in tempore que ab æterno necdum est; sed erit: cum physica, nec solum intentionalis dependentia sit.

8. Sexto inferitur: non semel, sed & semper simul in rebus creatis esse contraria imo contradictoria: quod licet respectu æternitatis Dei, qua creata omnia horum sententia extrinsece durant ob eminentiam eius omnium temporum, & durationum creatarum continentiam, & virtutem subinde ipsius diuinitatem absurdum non sit; tamen ob existentiam durationis extrinsecæ contradictoriorum ab æterno, & in æternum, quam debent fieri aduersarij absurdum est: quia, ut vidimus cuiusque contradictorij intrinseca duratio per æternitatem Dei, & omni durationi extrinsecæ, & successiue correspondet presentiaque est, & queque suam contradictionis extremum, quam diu æternitate Dei absolute est, durare intrinsece facit, duransque absolute denominat: quare, & respectu extrinsecæ cuiusque extremi durationis; nec solum respectu æternitatis Dei admitti debet simul, ac non semel, sed semper, *Antichristus existit & non existit*. Septimo hæc sententia ad rerum creatarum vbiquium (si quid eius ratio, & fundamentum probat) suos Paternos cogit, vel inuitos, vt dum eius fundamentum à paritate rationis certam, 5. conuellamus, manifeste moustrabimus.

CERTAMEN V.

Rationibus à priori, et vnicuique à ratione fundamenti aduersariarum euerfione eadem conclusio secunda fulcitur.

1. Ratio à priori nostræ secunde conclusionis prima sit: quia nihil realiter esse, durare potest duratio alterius: æternitas Dei rebus creatis est duratio alterius: ergo creata, nec sunt nec durant æternitate Dei: ergo nec per illam sunt Deo realiter presentia, & coexistentia ab æterno, & ex æternitate. Minor est etiam apud aduersarios, certa: qui idcirco æternitatem vocant mensuram futurorum alienam, & extrinsecam: maior

non videtur obscurior. Nam, etsi durationem creatam à re durante realiter distingui asseramus, ego tamen duratione Petri, vel Pauli, quibus contemporaneus sum, & coexistit minime in meo esse actuali vero aliquo sensu duro. Alioquin quousque ex nobis superfluit, nemo nostrum diem absolute obire, absoluteve mori ac desicere posset, vt ex dictis certam. 4. num. 6. conuincitur, & idem est de creatis relictis. Vnde instantanea quouis, etiam natura, & essentia sua successiva creata, tam diu, quamdiu coelum durasset, atque absolute permaneret: imò Angelorum quo absolute aeterno à parte post perdurarent. Confirmatur quia Deus etiam temporarie extrinsecus durationibus creatis duraret; siquidem plurimum extrinsecarum temporariarum denominationum, absque summae suae perfectionis, & immutabilitatis praedictio capax absolute est, neque denominationis absolute ita durandi incapax aliunde esse potest: nisi, quia haec denominatio absoluta, siue absolute durandi à sola intrinseca duratione, non autem ab aliena rei alterius alicui possit obuenire vt maior syllogismi huius ferebat.

2. Sed quamuis denominatio durandi absolute ab aliqua duratione aliena, & alterius posset rebus creatis provenire, atque in deducta absurda cessarent; tamen ab aeternitate diuina non posse durationem extrinsecam durandi, & coexistendi absolute, & realiter Deo ab aeterno, seu ex aeternitate, & subinde in aeternum creatis coniungere ex ipsa diuinitate attributorum; quare, & aeternitatis diuinae, natura probatur secundo à priori: quia attributa, & diuina quouis praedicata, nec tribuunt, nec possunt effectus suos formales, & denominationes tribuere, nisi identice coniungantur subiecto, cui suos formales effectus, & denominationes tribuunt: implicat autem Dei aeternitatem, quae vnum ex diuinis attributis est, identice imò vniuersè coniungi cum futuris, vt aduersarij admittunt, ergo implicat aeternitatem Dei tribuere effectum formalem durandi, & existendi ab aeterno, & in aeternum, quem Deo tribuit, futuris, quibus per aduersarios extrinseca solum est, nec ipsis, vnica adhuc & inhaerens. Maior mihi est indubitata. Primò: quia attributa, & perfectiones natura sua identice Deo, quare non aliis quam Deo, cui identificantur, formaliter perficiuntur natura sua nata, & congenita. Secundo: quia aliqui vbiuersitatem error nulla ratione Theologica posset confutari; si enim aeternitas Dei aliis à Deo, quibus non identificantur, imò neque physice vnitur, aeternos à parte ante, & postvere, & realiter formaliter facit, car non humanitatem Christi physice etiam ipsis vnitam, immensitatis, & omnipotentia omnipotentem, & vbiuersitatem (vt sic loquat) formaliter reddet.

3. Et sane vbiuersitatem error id solum intendebat: attributa diuina suos effectus formales humanitati Christi intrinsecus vnice tribuere, quos tribuunt Deo cui identificantur: inde verò à Catholicis doctoribus ad identitatem cum Deo cuiusque omnipotentia humanitati concedendam vi consequentia ex principio hoc, quod pro maioribus posuimus, acti, haecum hanc aliam de identitate humanitatis cum Deo cuiusque attributis maluerunt incurere, quam solum hoc apertumque principium, ex quo in eam, vt primam de vbiuersitate delecerent, cogebantur negare: videndi ea de re Valentia, Bellarminus vult: quod si ad hoc certum hoc principium non sit: nescio qua fronte nunc Thomistae Dominicanum apud Sanctum Magistrum nostrum Primarium Salamantinum apud Sanctae Inquisitionis Tribunal de errore vbiuersitatem appellarint: quod diuina attributa suos effectus formaliter, etsi minus principaliter, nec identice humanitati Christi iure vnionis tribuerint; & tamen ipsi nec dum vnice creatis omnibus aeternitatem Dei suum effectum ab aeterno, & in aeternum formaliter tribuere sereno, apertoque vultu fateantur, imò & vnice humanitati effectum formalem existendi ab increata verbi existentia concedant: aliaque simili inconsequenter doceant, quae persequi vbiuersumque longum esset: persecuti verò longius sumus in defensione speciali ab errore, & Theologica censura doctrinae Magistri illius Salamantini, quam supremo Regio S. Inquisitionis senatus praesentandam obtulimus, etsi eiusmodi doctrina à principio intrinseco minime annuamus, & Controv. 6. de Incarnatione eius, quae contra hoc principium de impossibilitate diuorum communicandi est

fectus suos formales, nisi per coniunctionem identitatis cum subiecto ex materia de Incarnatione obici poterant, de effectu formali infinite Sanctitatis, & personalitatis diuinae humanitati Christi per vnionem communicato fecimus satis: ostendentes, non esse illam Sanctam à sanctitate Dei attributam, qua Deus formaliter Sanctus est, sed à Deitate, quam vnione participat, nec personam propriam, & per se à personalitate diuina, quae propriam personam Deum constituit, sed personam alienam humanitati, quae vnionis beneficio propriam, & per se personam esse non habet, sed admittit, atque in alio scilicet verbo existens constituitur. Minor syllogismi, & probationis huius secunda à priori per se patet.

4. Probatio eiusdem Conclusionis tertia, & à priori etiam, sit ex essentiali verborum nostrorum significatione, quae implicat illa non significare cum tempore, seu non significare tempus: ita enim verbi à nominum essentiali significatione, vel à puerulis grammaticis ex eius definitione significatione dignoscitur. *Verbum est: quod significat cum tempore*, atque opposita sententia vera esse non potest, nisi verbi significatio in significatione abstrahat à tempore, & cum illo non significet, sed cum Dei aeternitate, vt aduersarij fatentur: ergo nequit esse vera opposita sententia, nisi verbum sine quo à nobis enunciatum non potest non sit verbum, quod est insana, & appetitissima implicatio. Maior est euidens, persequere nota, atque à nobis oisenta controu. 1. loco citato supra inquit. praesenti, quibus in locis ostendimus verbum seu copulam iudicij cuiusque significare durationem propriam, cum iudicantis, tum iudicij in quo, & ille iudicat, & iudicium habetur: cum autem duratio nostra, nostrique iudicij tempus, soliusque Dei iudicantis, & iudicij diuini diuina aeternitas propria duratio sit, huius tantum copula aeternitatem Dei totam simul, & indiuisibilem significat essentia sua; iudicij verò nostri copula solum tempus essentia sua significat. Minor est ipsissima aduersarij sententiae doctrina: dicit enim hanc propositionem. *Antichristus existit, vel nunc existit*, relata ad tempus praesens, seu nunc temporis, quo profertur, falsam, & haereticam, atque euidenter falsam, vt desese patet; veram autem relata ad nunc, seu praesens aeternitatis indiuisibilis Dei, cui coexistit ab aeterno, & in aeternum, quia tota simul. *Antichristus est*: ergo eo solummodo opposita sententia, eaque propositio verum habet; h, scilicet verbum, & copula iudicij nostri tempus eius iudicij, & quo iudicans illud concipit, (quod verbum, & copula iudicij nostri essentia sua significat) non significet, nec solum Dei aeternitatem, quae verbo, & copula nostra nequit significari.

5. Quarta Conclusionis eiusdem probatio, à priori etiam sit: fundamenti vnice aduersariorum à priori ex opposito principio dissectio: quia ex coexistencia seu ex compraesentialitate cum alia rei quae indiuisibiliter pluribus aliis adequatur, non inferitur compraesentialitas, seu coexistencia adequata cum illa secundum totam suam virtutem, & essentialitatem amplitudinem, & extensionem, qua sola diuisibilis rei extensione, & amplitudine extrinseca posita actu de praesenti est formaliter toti illi correspondens, coexistens & praesens: atque oppositum necessarium est, vt futura, quae semel pro sua intrinseca duratione coexistens, correspondencia, & compraesentialitate indiuisibilis totique simul Dei sunt, praesentia, correspondencia, & coexistencia realiter sint aeternitati, & ab aeterno, & ex aeternitate: ergo non ita sunt Deo correspondencia, coexistencia, & praesentia realiter in aeternitate ab aeterno & ex aeternitate. Maior exemplis pluribus ab aduersariis necessario admittendis, & admissis perspicua fiet. Primò: quia creata omnia, suo quaque loco, correspondentes, coexistentes, & compraesentia localiter sunt immensitati Dei indiuisibili, totique totaliter simul, & quae omnibus praesentis, & locis possibilibus & imaginariis correspondet, ea omnia sola extrinseca ipsorum positione complens, replens, & excedens, atque atque aeternitas omni durationi possibili, & imaginariae correspondet, extrinseca solum earum positione replens, & excedens: & tamen nequaquam (sententibus aduersariis) ita creata sunt vero aliquo sensu etiam extrinseca localiter coexistencia, correspondencia, & praesentia Deo realiter in eius immensitate per totam immensam

immensitatem: ergo correspondentiæ, seu coexistentiæ, & copresentiæ realis rei alicuius cum alia, quæ indiuisibiliter pluribus aliis adæquatur, non infert copresentiæ adæquatam illius cum hac secundum totam suam virtutem, & eminentialem amplitudinem, & extensionem, quæ sola rei indiuisibilis extensione, & amplitudine posita extrinsecus actu, & de præsentis est toti illi actu & de præsentis formaliter correspondens, coexistens, & præsens.

6. Minor est clara ex ipsissima doctrina, & fundamento: tum a ratione, (vel potius ab æquiuocatione & paralogismo) aduersariorum: qui est eo, quod semel pro sua quodque duratione futura æternitatis Dei indiuisibili, totique simul coexistant, inferunt cuiusque eorum adæquatam coexistentiam cum illa secundum totam suam amplitudinem &c. Ita ut (et si extrinsecus) durancem creaturam denominet, & faciat ab æterno, & in æternum, sicut durancem intrinsece ab æterno, & in æternum denominat, & formaliter constituit Deum, quia æternitas mensura ab æterno, & in æternum, est suo indiuisibili, & essentiali conceptu est: quare id totum virtusque, Deo scilicet, & creaturæ est Deo intrinsece creaturæ extrinsece præstat; unde sicut æternitatem, & Deum per ipsam ab æterno esse nihil aliud est, quam ita præsentis nostro tempore præsentem, & coexistentem Deum, cuiusque æternitatem esse, ut tunc, non primo durauerint atque incepterit, sed in præcedentibus prioribus, & priori abique initio præsentem etiam præteritum: ita creaturas ab æterno esse, et si extrinsecus, per præsentiam realem in æternitate, nihil aliud esse potest, esseque aduersarij volunt, quantum quæ nunc in re ad durationem temporariam, primo sunt, de præsentis, ut æternis, & æternis in infinitum sua duratione non existerint; per extrinsecam æternitatis formaliter præteritum, idemque quoad æternitatem, & posteriolem extensionem sine initio & sine quod Deo cuiusque æternitatis intrinsecus essentia sua physica continet, ratione illius, tanquam mensuræ creaturarum extrinsecas etiam continet. Alioquin si tantum vellent nunc indiuisibile æternitatis omni æternitatis posteriori, & posteriori extrinsece durationi præsens, & coexistens fore durationi extrinsece futuri, v.g. Antichristi quando illa, & Antichristus per ipsam præsens, & coexistens fuerint, nil à nobis, & negatiue nostræ sententiæ doctoribus diuersum dicent.

7. Faciam enim æternitatem Dei, Deumque per ipsam formaliter metaphysice vnicum & indiuisibilem præsens esse ab æterno, & in æternum, atque ita tandem coexistere toti formaliter entitati creata cuncta, quæ in tempore suo facta, faciendaque sunt (pro suo tamen quaque tempore, in quo primum sunt & existunt in suo actuali esse & extra causas tantum) ac proinde non ab æterno, & in æternum Deo cuiusque æternitati præsentia sunt, & coexistent: scilicet autem ante illud suum tempus, ante quod sicut esse actualæ, & existentiam creatam non habent, ita neque coexistentiam de præsentis quæ essentialiter vniuersi exteri esse, & existentiam de præsentis dicunt: quæ, licet ex parte æternitatis, & Dei semper præsens non desit, deicit tamen ex parte creaturæ, quæ æternis, & æternis in infinitum, seu ab æterno non fuit, etiam si semel pro sua duratione creaturæ (pro qua coexistens, & actualæ esse extra causas non deicit) coexistentes, correspondentes, & compresentes (ut sic loquar) sint: quia est toti indiuisibili æternitati Dei formaliter entitati tunc de præsentis coexistens, seu virtualiter sumptæ, quoad totam amplitudinem, & extensionem virtutalem, & eminentialem correspondentiæ omnibus extrinsecis durationibus, ac proinde toti æternitati formaliter entitati creata quævis semel (pro sua quaque duratione) correspondere, & coexistere præsentia, seu compresentia; non autem ab æterno, & in æternum compresentes. Thomistæ vero, contra quos agimus, ex eo, quod creatura pro sua duratione præsentia, correspondentiæ, & coexistentia toti indiuisibili æternitati formaliter sumptæ semel sint, præsentia, correspondentiæ & coexistentia ipsi actu, & de præsentis fore ab æterno desunt: quod ipsum est illi toti eminenti, & virtualiter sumptæ, quoad totam amplitudinem, & extensionem eminentialem ad omnes extrinsecas durationes adæquari, atque

adæquate correspondere, & coexistere: quare id, quod in Maiori non inferri asseruimus, & exemplo immensitatis monstrabimus num. 5. ipsissima est doctrina, & vnica à ratione probatio, & illatio Thomistarum ut dicebamus in minori n. eodem.

8. Et sane exemplum immensitatis adeo clare ipsorum fundamentum vnicum vel saltem præcipuum, à ratione conuellit, ut nec verba eiusdem ad solutionem, & disparitatem reddendam illis super sint: cum immensitas, & indiuisibilis entitativè formaliter, physice, & metaphysice sit; cique toti vbiq; præsentis omnis locus, & præsentia creaturam atque creaturæ omnes pro sua quaque præsentia, & loco præsentia, localiterque correspondent, tanquam excedenti superiori supremæque locali mensuræ, ut certissimum etiam aduersarij est: & tamen illas immensitati toti eminentialiter, seu virtualiter sumptæ, secundum totam suam amplitudinem, & eminentialem extensionem ad omnia loca, & spacia adæquate respondere, & præsentia, localiterque correspondent, ac præsens esse immensitate Dei, Deoque localiter præsentem, & per immensitatem, nullatenus aduersarij admittunt, ne in apertum vbiq; relabatur: ergo maior illa nostra certa est localis coexistentiæ & correspondentiæ. Exemplo alio satis familiari eisdem maioris indubitatam veritatem dilucide vel oculis proposuit Guaricus Abbas atque ad rerum coexistentiam præsentis semper æternitati Dei indiuisibili ac toti simul, quæ ab æterno, & in æternum, siue adæquate secundum totam eius amplitudinem, & eminentialem extensionem ad extrinsecas omnes durationes ipsi correspondens, coexistens, ac præsentia, explicuit serm. 1. in solennitate S. Benedicti illud Eccl. 23. & similia scripturæ loca vbi Dei oculi dicuntur *Circumspicientes omnes vias*, ita Guaricus expendens *Signantes* (significanter) *circumspicere Deum dicitur, quia omnia tam præterita, quam futura habet præsentia, ut nec ista proficiat, nec illa respiciat: sed similiter, quia simpliciter cuncta circumspiciat: sicque illa æternitas, vel in punctum omnium mediâ temporalium cuius immobili simplicitate semper æqualiter præsens est circuitus. Et rota temporum, quem locum eo auidius posui, quia exemplo puncti indiuisibilis pungere, nos aduersarij tentant, quo ipsi punguntur: etenim pars circumferentiæ & rotæ quævis toti entitati formaliter sumptæ puncto adæquate respondet; non autem toti adæquate, quoad eminentialem, & virtutalem correspondentiæ cum omnibus circumferentiæ partibus: neque enim illi pars circumferentiæ seu rotæ, vna correspondet puncto in loco partis alicuius, nedum omnium, sed in suo determinato loco vnaquæque: sic igitur ait Guaricus æternitati illi, qui semper est præsens, creata præterita, & futura, suo nimirum quaque tempore, præsentia sunt, & præsentis quidem ex parte ipsius, non autem ipsarum: quare, & ex parte eius semper est successio essentialis creaturæ durationi non obest ipsis, ut semper; & pro tempore illa existens, & coexistens.*

9. Tertio exemplo Angelici anni stabilienda illa maior contra Thomistas hocce erit: ipsi enim farentur cum communi axum Angeli esse durationem indiuisibilem, ac totam simul ab initio mundi, & in æternum durationes possibiles, & imaginarias omnes completentem (de quo modo non disputo) ac subinde mensuram superiorum rerum corpor earum, & durationum, atque instantium, cuique proinde excedentem: cique toti entitati formaliter sumptæ, quæcunque futura ab initio mundi fuerit, deincepsque erunt, pro sua quaque duratione, coexistere, & duratione correspondere, esseque pro illa præsentia: at tamen correspondere, esseque pro illa præsentia, & tamen non correspondere auo adæquate secundum totam suam amplitudinem, & extensionem virtutalem, & eminentialem ad omnia tempora & instantia per hocce Thomistas, & per rationem: tum, quia etiam nouissima mundi tempora, & quæ in eis erunt ab initio mundi absolute in ævo Angeli existens, & Angelo coexistens, & æternitate à parte post existens, & coexistens præteritæque essent, nec vno titulo, & duratione solum, sed tota durationibus extrinsecis, quot sunt Angeli, & proprium vni cuique eorum, quod est paradoxum & ridiculum. Dices: axum esse mensuram inferiorum, & minorem æternitate Dei: ac proinde hanc esse mensuram vniuersalem, & aptam mensurandi omnibus; & in

PUTEGA
A. pari
VIA

qua

qua futura omnia tanquam in mensura superiori presentia sunt, & coexistant semper, secus aeternum, quod mensura inferior est, & Dei aeternitate mensuratum. Contra: quia mensura inferioritas, ob quam a superiore, alia, & ipsa mensuratur, non obicit, quominus inferiorum durationum, & breuiorum rerum mensura proprie sit, & superior, & excedens: ut patet in motu coeli, qui inferior mensura aeternitate, & aucto Angelico est; & tamen mensura propria superior, & excedens absolute est respectu sublunarium, etiam superioribus illis mensuratur. Patetque item in motu horologii, qui inferior adhuc motu coeli mensura est, & exteque praesentiam futurorum in duratione aliena, & exteque praesentiam a Dei aeternitate anteriore ab aeterno esse, atque ante aeternum praesentiam: nam haec, quae per aeternum futuris iuxta tuam rationem obueniet etiam praesentari ipsis, nedum praesentari ab aeternitate Dei minime valet. Inde autem inferitur Angelos omnes cognouisse futura omnia, ac proinde iudicii diem (quod est contra fidem) a primo suae conditionis instanti, si vera est illa ratio Thomistarum, ob quam praesentiam futurorum in aeternitate, & ab aeterno cognosci a Deo possunt, ut iam iam verbeo certamine sequenti.

CERTAMEN VI.

*Tertia negatiua conclusio directe questionis praesentis respondens, & oppositio-
num solutio.*

1. Tertia conclusio: etiam futura praesentia realiter in Dei aeternitate ab aeterno essent, cognitioni futurorum a Deo nullatenus praesentia deseruiret: duabus primis conclusionibus praesentiam futurorum in aeternitate ab aeterno euerfa, quasi materiae, ex qua opposita praesentia conclusio consistere debebat, subtractione tertiam hanc statuitur: quod enim non est, nulli rei potest inferuire; sed ea etiam admissa futurorum praesentia reali in aeternitate diuinae ipsorum cognitioni inuicem esse ex insituro, & 3. hac conclusione statuendum hic erat: ut ea tanquam materiali medio futura sub diuinum conspectum adducunt, ut a Deo cognoscantur, & redundantius contra aduersarios euinceremus: quare & nullo diuinae Scientiae, aut Theologiae commodo tanto illam, tanque irrita labore fuisse excogitatum. Probatur Conclusio primo: aeternitas Dei est tota simul indiuisibilis, & pro semper praesens: ergo respectu illius seu ratione illius nihil est praeteritum, vel futurum, sed cuncta simul praesentia: Hoc non negant aduersarii, sed mordicus asserunt, & saniori quam eorum sensu negari non potest, ut supra, & controuersi. r. arripimus moxque explicabimus. Pergo, futura, qua praesentia simul in aeternitate ab aeterno, & in aeternum non sunt futura: est euidens consecutio. Subin-fero: ergo, si aeternum solum a Deo cognoscantur cognoscique possunt per vos, quatenus praesentia in aeternitate, non cognoscantur futura, nec cognosci possunt formaliter qua talia, siue, ut futura: quare nec verum eorum sit prius duratione, vel posterius: ergo praesentia ista futurorum in aeternitate tantum abest, ut cognitioni diuinae futurorum necessaria, uel siue sit, ut potius illam impediatur, Deoque reddat impossibile, ac ipsi solum eorum, ut actu, & de praesentia simul existentium cognitionem relinquit. Hinc rursus fiet: a Deo nec cognosci futura, plerumque, ut bona, vel mala moraliter: cum eorum bonitas, vel malitia plerumque ex diuersitate temporis, pro quo adest, vel non adest praesentem, lex, aut contractus, qui actioni praesentem (quod, ut simul in aeternitate de praesentem tempora sunt, nullatenus dignoscitur a Deo) desumitur, ac pender.

2. Dices: futurum quodvis praesens esse aeternitati ab aeterno, ut a Deo cognosci possit: aut non utcumque, sed ut praesens etiam tali tempore, ratione cuius alterum altero prius posteriusve praesentemque vel futurum, atque

ut tale cognoscitur a Deo: quare, & eius moralis bonitas, vel malitia a Deo etiam dignoscitur. Contra: quia, vel cognoscitur a Deo futurum, ut praesens etiam tali determinato suo tempore intrinsicose, ut hoc etiam tempus cognoscatur solummodo, ut praesens est ab aeterno, semper, & in aeternum realiter in Dei aeternitate: vel non ita solum, sed ut determinate est in se essentia sua respondens huic determinatae parti durationis imaginariae, ac non alterius primum: ut praesens solum in aeternitate tempus determinatum non est, sed aeternitas ut dicemus cum Ildoro certam. 4. num. 4. nec vnum altero prius duratione, vel posterius: quare perstant, & argumentum, & absurdum; si secundum ergo Dei cognitio terminatur in tempus determinatum huic parti durationis imaginariae respondens ac non alteri anteriori, vel posteriori, ac non ut existens, praesentemque ipsum est realiter in aeternitate, & ex aeternitate Dei: ac similiter in reliqua futura, prout suo quaque tempore, & duratione determinata praesentia, & duranti, seclusa, & praesentia eorum duratione & praesentia in Dei aeternitate, & ab aeterno, & in aeternum. Deduco inde rursus: ergo praesentia futuri in aeternitate ex aeternitate necessaria non est ut cognoscatur duratio creata & futura quae sunt, neque per praesentiam in aeternitate Dei ex aeternitate futura esse atque ut futura, seu qua talia cognosci possunt. Deduco secundo: ergo neque vtilis ea futurorum praesentia realis in aeternitate ex aeternitate, & ab aeterno, ut a Deo cognoscantur. Probo illationem primo: quia per aduersarios aeternum solum vtilis eiusmodi praesentia futurorum est, ut a Deo cognoscantur, quatenus ita necessaria ad illud est, ut absque illa cognosci a Deo nequeant: atqui ita necessaria non est, ut demonstrauimus, sed non solum possunt cognosci a Deo futura praesentia eiusmodi praesentia, sed de facto cognoscantur; atque cognosci a Deo necesse est: ergo per aduersarios inutilis ut futura a Deo cognoscantur eiusmodi praesentia extendi est. Secundo probatur illatio: quia quod impedit, imo impossibile reddit cognitionem futurorum a Deo, neque ad illam vtile esse: aut praesentia eiusmodi eam cognitionem futurorum impedit, redditurque Deo impossibilibus, ut ostendi: ergo nequit esse vtilis Deo ad futurorum cognitionem.

3. Secundo probatur conclusio: quia praesentia rerum realis in aeternitate, & ab aeterno posterior natura, & prioritate a quo est, quam ipsarum praesentia, & duratio intrinsicose pro suo tempore, & duratione determinata. Hoc expressis fatebantur aduersarii certam. 4. num. 7. & ne ad discursum praesentem eiusque robur eludendum ab aliquo eorum id deinceps negari tentetur, sic demonstro: quia res futurae non coexistunt, praesentemque sunt aeternitati ab aeterno realiter secundum statum possibilitatis sui, & durationis suae praesentem; atque qui possibilis omnia realiter praesentia in aeternitate, Deoque ab aeterno coexistentia essent; siquidem statum illum possibilitatis praesentem omnia possibilis, atque, atque res futurae habent: quare si in his status eiusmodi factis est ad realem earum praesentiam in aeternitate, & coexistentiam Deo ab aeterno atque, atque haec possibilis omnia Deo realiter ab aeterno coexistentia atque in aeternitate praesentia ex aeternitate erunt: quod est paradoxa amplius, & implicatorium. Nempe quod praesentem possibile solum in se esse nihilominus suum actuale, & existentiam ad coexistentiam alteri essentialiter requisitam ab aeterno & in aeternum in Dei aeternitate habere: ergo res futurae non coexistunt duratione praesentemque Deo realiter, & ab aeterno in eius aeternitate sunt, nisi quatenus suum esse intrinsicose, & actuale, & durationem determinatam intrinsicose pro suo tempore habent: imo, & naturae prioritate praesentem; neque enim ideo res futurae in tempore sunt, quia ab aeterno in aeternitate praesentia praesentem; sed contra quia pro duratione determinata successuri temporis futurae sunt, ab aeterno iuxta doctrinam aduersariorum in Dei aeternitate, ab aeterno praesentia praesentem. Tum sic aeternitate, ad aeternum praesentia praesentem, pro illo priori naturae suae praesentem, vere sunt, ac proinde cognoscibilia futura: ergo pro illo priori ad aeternum praesentiam in aeternitate, pro quo nondum praesentem in aeternitate ipsis obueniet, a Deo cognoscantur: nisi Deum omniscium neges, alicuius veritatis ignorantem: ergo praesentia realis futurorum in aeternitate ab aeterno.

ve à Deo cognoscantur, necessaria non est: ergo nec vitis, imo vero impediens, vt numero 2. concludebamus.

4. Tertio probatur conclusio ab absurdo, quod cert. 5. num. 9. sine artigimus, quia xuo Angelico indivisibili; totiq; iuxta aduersarios, simul à suæ conditionis initio, atque per æternitatem à parte post, in horum principis; futura omnia præsentia coexistentiaque sunt, vt eo numero ostendebamus: ergo ea omnia, atque in illis iudicij dies contra Euangelium, à quolibet Angelo à principio creationis cognoscuntur futura. Probat consequentia: quia per te ex reali præsentia, & coexistentia futuri cum Deo in eius æternitate inferitur Dei scientia ab æterno de illo, quin aliquid vltimus expectandum necessarium sit: ergo ex simili præsentia futuri in xuo Angelico, & coexistentia cum Angelo à suæ conditionis initio eius ex tunc cognitio in Angelo inferitur: Dices: cognitionem Angeli, eo etiam superflite posse deficere: quare, nec eius xuo toti simili, & indivisibili durare, sicut Dei æternitate ipsa eius scientia de futuris durat: sed quid ad rem? siue enim deficiat, siue non deficiat defectibilis sit Angeli cognitio nec xuo Angelico durans, sed sua indivisibili intrinseca duratio: imo: etsi scientia Dei per impossibile defectibilis esset, & successiva duratio non autem indivisibili Dei æternitate duraret, ex coexistentia, & reali præsentia futuri in xuo Angelico ex toto xuo, & in æternitate Dei ex tota æternitate, inferatur virtute, vel ex toto xuo, vel ex tota æternitate de futuro cognitio in tua doctrina, quæ ex præsentia, & coexistentia obiecti cum cognoscente (quam solam necessariam putat, & solam, vt obiectum cognoscatur) inferret necessarium de illo cognitionem: secundo eodem argumento mo, quo futurum xuo Angelico ex xuo, & per xuum totum Angelo coexistere præsentique realiter esse conuincetur, conuincitur ex toto, & in totum xuum coexistere Angelicam de futuro cognitionem: Tum, quia, & hæc semel toti xuo realiter præsens est, & coexistit: tum, quia ex toto, & in totum xuum futurum realiter coexistit, & præsentatur, ex quo per tuam doctrinam inferatur eius cognitio. Contra demum: quia ex coexistentia cognitionis præcisa cum obiecto, non inferitur in tua sententia adhuc, quod antea ad illam fuerit præcognitum, vt bene nosse Herize: ex eo enim quod integrum sciam Angelus in sui contemplatione peragat, ipsum ex mane obiecta vespere inceptura, & futura cognouisse non admittes. Non ergo ex coexistentia reali obiecti cum cognoscente sed solum cum cognoscente huius de illo in tua sententia inferitur cognitio.

5. Jam, quæ à ratione contra secundam, & tertiam conclusionem opponi nobis ab aduersariis possunt leuissimas, & de se labantia, atque ex hæcenus dictis dissecta sunt. Primam, contra nosstram secundam conclusionem pro præsentia reali futuri in æternitate, ex æternitate, & coexistentia Deo ab æterno, ex eo, quod, & æternitas tota simul, & indivisibilis entitatis sit, semelque ei coexistit, constat primo non probare, quod ipsa æternitate Dei dicitur, atque in illa præsens vnuquam, nedum æterne, extrinsecus adhuc, sit, ex rationibus nostris à priori, prima, & secunda, & tertia datis cert. 3. à num. 1. ad 4. inclusiue. Quod autem ex præsentia, seu coexistentia reali futuri semel pro sua duratio toti æternitati entitatis formæ hæc sumpta non inferatur toti illi entitatis, & virtualiter sumpta adæquata futuri correspondentia: constat etiam ex ratione nostra quarta data ibidem à numero 5. ad 5. inclusiue. Et quidem, si ratio aduersariorum hæc quidquam probaret, non quidem futuri præsentiam, & coexistentiam ipsius in æternitate (in quâ ipsum existens, & præsens realiter, Deoque coexistens semel esse pro sua duratio supponendum non est pro natura priori, vt coexistit Deo per æternitatem, sed eius existentia solum in tempore, & intrinseca sua determinata duratio ipsa ex æternitate probaret, sed in duratio sua intrinseca, & successiva, quia eius rationis, & generis tantum inferri potest futuri præsentia, & coexistentia æternitati ab æterno ob rationem istam, cuius erat præsentia, & coexistentia, quam semel habere futurum cum æternitate in æterno supponitur: aut hæc intrinseca, & successiva duratio futuri, & pro tempore determinatio est: non autem

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus I.

rem duratio indivisibilis, & tota simul diuina æternitatis: ergo coexistentia, & præsentia futuri ab æterno, & ex Dei æternitate Deo eiusque æternitati, quæ eo argumento probaretur, non quidem præsentia, & coexistentia æternitati ab æterno futuri ipsius in ipsa æternitate existentis, & per ipsam durantis: sed intrinseca successiva duratio sua probaretur (quod esse contra fidem aduersarij cum sancto Thoma, & Catholicis omnibus doctoribus expresse fatentur) imo solum pro sua illa extrinseca duratio pro qua ex æternitate, & ab æterno durare implicatorium est.

6. Oppones iterum contra eandem conclusionem, secundam Deum relate ad suam intrinsecam durationem est præsens, & coexistens tota, & per totam illam futuro cuius, & cuius tempori, & parti successivæ durationis: ergo, & futurum quoduis, & tempus, seu pars quæuis successivæ durationis relate ad Dei æternitatem ex æternitate, & per æternitatem totam est præsens & coexistens Deo. Probat consequentia: quia præsentia, & coexistentia vnius ad aliud seu cum alio vniuersique præsentiam, & actualem de præsentia existentiam essentialiter dicit, & claudit: vnde ex præsentia, & coexistentia vnius ad alterum, vel cum altero pro quauis duratione, legitime inferitur præsentia actualis, & coexistentia pro duratio eadem huius alterius, & in se, & cum illo, æque parallogistica, & captiosior adhuc argumentatio est: cuius antecedens negatum est ob particulam illam & per totam: etsi enim tota entitatis formaliter sumpta æternitas cuius futuri sit præsens, & coexistens, aut non tota virtualiter, & eminenter sumpta, si enim æquivaleret, & eminentialiter, vt successivæ siue possibilis, siue imaginariæ infinitis partibus æquivaleret, responderet, & immensum excedit, quarum nulli tamen ab æterno præsens sit, & coexistens; sed pro sua cuiusque parte determinata: non quidem defectu præsentia, & existentia semper, & pro semper actualis, & de præsentia æternitatis ipsius; sed defectu præsentia, & existentia actualis alterius extremi, nempe futuri, & durationis eius, quam præsentia æternitatis ad ipsum, & coexistentia cum ipso essentialiter claudit, futurumque nullum, nullaque successivæ durationis seu temporis pars habet ab æterno & in æterno; sed pro suo determinato tempore & durationis parte: ita vt nec eam habeat, nec habere possit pro partibus durationis successivæ, seu temporis reliquis, quibus æternitas eadem præsentierit, vbi illa suo quaque determinato durationis spatio extiterint primo, & coexistierint: quemadmodum vnius, vel quibus ad ripam fluminis sedens eadem inuariata præsentia fluentibus æque partibus omnibus præsens coexistensque est, non simul tempore, sed successivæ pro tempore, quo eorum quæuis eo aduenit: circumferentiæ partibus punctum localiter præsens correspondensque est non pro omnibus partium omnium spatii localibus, in quibus omnibus nulla eam præsentatur, & existit; sed cuique in spatio suo.

7. Atque ex hac doctrina germaniore sensu, & interpretatione quam aliis innumera Patrum testimonia, quibus contra eandem conclusionem opponi ab aduersariis consueverunt, explicantur: etenim responderi à reliquis plerumque solet: Patres de sola rerum omnium, tam præteritarum, quam futurarum obiectiua, siue in actu primo, siue in actu secundo simultanea præsentia in æternitate, & coexistentia ab æterno fuisse locutos: & quidem, etsi legis eorum pluribus id solum Patres asserant; pluribus tamen aliis præsentiam, & coexistentiam realem creatorum, æternitati Dei, Deoque subinde ac eius cognitioni affectum, & asserendam contendunt, vt merito aduersarij ex textuum verbis clamant, nostrique Ruiz de Montoia Granados, & alij ingenue fatentur, etsi quia Patrum sententias non adeo distincte, ac dilucide, neque eorum intentum penetrarunt, affectuque sunt, verbis suis ad Thomistas abisile nonnullis videantur: intentum Patrum fuit rationem reddere, cur successu temporis quo deuo futura ab æterno talia, actu existentia de præsentia primum sunt, Deoque absolute, atque eius æternitati coexistentia existentia eorum actualis de præsentia atque absolute eius coexistentia Deo eiusque æternitati co-

T r g n t i o

ORTEGA
de Deo Vno
Tomus I.

gnitio Deo non accretat, quæ tota ipsi antea (vt sic loquar) æternitate ipsius non aduerit, ac subinde, qui fieri possit hac cognitione, & iudicio. Nunc de præsentis existit dies: *venit*; & Petrus in ea primum producit mihi coexistit egoque ipsi. Quæ vere & infallibiliter die antea (non nedom ab æterno) haberi, concipique à Deo non potuit, Deus non mutetur, qui tota antea æternitate, hoc solum iudicium vere, ac sine deceptione de diuersa plane veritate obiectiua potuit ab æterno habere. *Dies venit*, & Petrus in ea primum produendus, & exiturus erunt, mihi que coexistent? Huius difficultatis compositio scopus Patrum eis locis fuit, non autem quomodo, quæ nondum acta, & de præsentis ab æterno existentiam, & præsentiam habebant, haberent cognoscibilitatem, & futura solum adhuc, à Deo cognoscere, possent cognosci, vt putant Thomistæ, qui ea loca pro reali sua rerum præsentia in æternitate, ex æternitate nobis obiectant ea liquidem difficultas leuissima, & crassissima difficultas est etiam à logicis, nedam à Patribus, contemnenda.

8. Sux igitur difficultati diluenda Patres eo locorum doctrinam parant de rerum præsentia & coexistentia æternitati Dei, non ab æterno quidem (quæ ei difficultati diluenda non profect) & futurorum, & præteritorum, qua talium, cognitionem redderet Deo impossibilem; sed vnumquodque pro sua solum determinata duratione, cui eadem indiuisibilis entitas semper præsens, vbi primum futurorum ab æterno, præsentia, & existentia adest, præsentatur ipsa, & coexistit: cum enim, vt sæpe hic, & fultus citato loco controuert. 1. diximus, æternitate Dei non Deus solus, sed eius cognitio, & attributa reliqua durent, & iudicij cuiusuis verbum seu copula durationem, & iudicij ipsius, cum illa significet non cum aliena; sit, vt scientia Dei de futuro vtriusque solum æternitatem significet, futuris, & præteritis, cuiusque duratione, totam, & eandem formaliter, & entitatie præsentem, & proinde, cui, seu respectu cuius, nihil præteritum, nec futurum sit; non quia ei adæquat, quoad eius eminentiam amplitudinem, & virtutem extensionem coexistant, atque ab æterno, & in æternum præsententur; sed quia totam eius amplitudinem illam nihil antecedere, vt præteritum respectu illius sit, nihil postire, vt futurum omnino potest: sicut respectu durationis extrinsecæ Deo, & successiuæ, siue temporis, possunt creata omnia proprie, vel præterita esse, vel futura - vt sapienter aiebat supra Sanctus Thomas, & acute Hidorus 1. de summo bono cap. 8. dicens: *in Deo nec præteritum, nec futurum cernitur; sed omnia præsentia in Deo dicuntur, quia æternitate sua cuncta complectitur*; & consonè Anselmus Opusculo de concord. cap. 1. *quemadmodum præsens tempus simul continet omnem locum, & qualiter in quolibet loco sunt: ita æterno præsentis simul clauditur omne tempus, & quæ sunt in quolibet tempore, non quidem ipsorum simultate durationis vlla, sicuti, nec locali aliorum; sed solum simultate æternitatis, quæ omnia complectitur inflectilis, & Augustinus de cognitione veræ vitæ: *Nihil præteriti ei recedit, nihil futuri accedit: sed, quidquid fuit, vel erit totum sibi præsens adest*. Consonant Patres reliqui. Ex quo fit, vt diuina de futuris, vel præteritis iudicia, quibus cum sola æternitate, tota simul, iudicat Deus, de tempore quidem sint; & iudicent, non cum tempore, sed cum æternitate de se cunctis ex parte sui semper præsentis futuris, cum pro suo quaque tempore venerint: quare, cum de facto adueniunt nulla est ex parte durationis iudicij diuini de eorum in illo tempore actuali existentia, per copulam importatæ variatio: quare neque tunc veritatis obiectiua, ac subinde neque iudicij diuini diuersitas; cum, & idem obiectum pro eodem tempore existens, & eadem sua æternitate solum significata ab æterno iudicauerit: vnde nihil, quod tertiam conclusionem, vel apparenter, impugnet, reliquum est: cum soluta solum proxima difficultate posse impugari.*

9. Porro rationem, & doctrinam solutionis huius solum voluit Boëth. de consolat. profa vltima. Gregor. 22. moral. cap. 23. alias 24. & eorum verbis Anselm. Opusc. de concord. cap. 2. Hugo Victorin. tract. 1. sum.

sentent. cap. 2. August. quest. 2. ad Simplician. negantes cognitioni Dei de futuris præsentia rationem, quia nimirum scientia Dei eadem æternitate, qua primo ab æterno durat, & quam solum significat, obiectis coexistit, pro cuiusque duratione, non ex æternitate, Augustini verba. *Si autem, sicut in ordine temporalium, ita & apud Deum nondum sunt: quæ futura sunt, sed ea præuenit sciendo; vbi ergo ea sentit, vno quidem modo secundum futurorum præsentiam; altero vero modo secundum præsentium scientiam. Aliquid ergo temporaliter accedit scientiæ, quod absurdissimum, & falsissimum est.* Quibus consonant Fulgent. 1. ad Monim. cap. 12. Hieronym. & Ambros. ad Phel. 1. Caterum antea æternæ de futuris scientiam antecere, est ob semper præsens nunc æternitatis præsentia dicenda non fit satis explicuit etiam Boëthius citato loco dicens: *omne namque futurum diuinus præcurrit intuitus, atque ad præsentiam propria cognitionis retorquet, ac reuocat, cuius proinde respectu, nec futurum sitit eis nec Dei de ipso cognitio sitit præsentia, vt ex dictis claret.* Petrus Damian. epist. 4. de omnip. cap. 9. *Deus intra sapientia sua finem sic omnia tempora, præterita scilicet, præsentia, & futura concludit, ac figit, ac præteriter sibi, vt neque nouum aliquid ad se patiat accedere, neque à se quidquam præteritum transire.* Nempe ob hanc cognitionis totam simul, cunctilque, pro cuiusque tempore, præsentem æternitatem, vnde obiectiua eorum abque vlla diuersitate, successu etiam temporis, veritas variari Deie scientia possit, sed veritas constet. Caterum vt dixi supra testimonium, de obiectiua futurorum, vel in actu primo, vel in actu secundo futurorum ab æterno præsentia loquuntur, est ea proxime datam doctrinam lubsternant, veluti Gregor. lib. 9. Moral. cap. 16. vbi ait. *Nam quæcumque sunt de præsentis nullo, non ab æterno ideo videntur quia sunt, quæ aduerfationum doctrinæ aduersantur: & dixerat, Neque ventura, quæsi, quæ non appareant (videantur) desunt, lib. 2. cap. 2. in conspectu eius nihil desuere, ideoque nihil perire, sed in æternitate cuncta fixa manere, conspectus enim eius denotat scientiam, & intuitum, idem solum sibi vult Augustinus Psalm 49. ad id: *pulchritudo agrum meum est.* Nec aliud 4. de Trinitate cap. 16. & lib. 5. cap. 16. & 15. cap. 7. dicens: *Deo nec præterita transisse, nec futura non facta esse, atque apud eum præterita & futura stare.* Id ipsum Anselm. de casu diaboli cap. 18. & 21. & Beia quest. 13. variat. contendunt dicens *tandem omnia in conspectu Dei esse.* Et Basil. in 3. Itai præsentiam Deo futurorum, & præteritorum ab æterno à se admittam his demum explicuit: *quæ item à nobis sperantur futura, velut iam præsentia diuina præsentis oculis subiecta sunt, & conficiuntur.* & eo tandem deueniunt Patres reliqui, qui initio nihil proprie præteritum, futurumque Dei æternitati, quavis phrasi docent, id enim statuunt, vt illo perueniant.*

DISPUTATIO VII.

De mediis formalibus, seu verificatiuis, determinatiuis, & motiuis diuina scientia erga omnia, & singula obiecta.

1. **E**XPLORATIS hæcenus materialibus diuina cognitionis circa obiecta sua mediis, quæ nimirum illorum singula sub diuinum obtutum afferant, & opponant, de formalibus mediis cognitionis eiusdem, siue determinantibus Deum ad eorum singula cognoscenda disputare proximum ex recta methodo est: vbi & de cognitionis diuinae verificatiuis erit agendum: siquidem diuina cuiusuis obiecti cognitio